Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Rara
Gust 398

Godefridus Woringen Ubius
me
Jure possidet
1681

Nunc vero Henr. Hagen Ord. 1716
Sti Cunibertini

nunc vero Bibliotheca Düsseldorpiensis.
jam Anno 1878.

Deutsche Ausgabe (Saar, Städtebuch)
unter GuSt 474 u. 353

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

S. Georgij Augusta

PARVVM

THEATRVM VRBIVM

siue

VRBIVM PRÆCIPVARVM TOTIVS ORBIS BREVIS & methodica Descriptio.

Authore Adriano Romano E.A.

Bibliotheca S. Georgij Augusta

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. speciali ad decennium.

FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica Wolffgangi Richteri, sumptibus omnium heredum Nicolai Bassæi.

M. DC. VIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

I

VRBIVM PRÆCIPVARVM TOTIVS ORBIS DESCRIPTIO GENERALIS.

In cuius

PRIMA PARTE CONTINENTUR ciuitates Europæ.

KGL. BIBLIOTHEK ZU DÜSSELDORF

HIBERNIÆ REGNVM.

Armach aliquando Metropolis fuit Hiberniæ, in qua sedem suam olim fixerat eorum Rex, qui se coronam regalem à Pontifice Romano obtinuisse gloriabatur. *Armach.*

Dublinum ciuitas hoc tempore Regia, aulæ & iustitiæ locus, præsidium habet hoc tempore Anglicum. *Dublinũ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ANGLIÆ REGNVM.

Cantuaria.

Cantuaria Anglis Canterbary/ſiue vt Lelandus, Cantervvarberi. Olim Durouernum vel Dorouernum. In Contio Angliæ regione ſita. Vrbs eſt elegans, ſitu præſtans, felici prouentu diues. Sunt qui eam excitatam ſcribãt à Britanniæ Rege Lududriba ſiue Rudhurdibra. Gaudet honore Archiepiſcopatus, cuius antiſtes vniuerſæ Angliæ metropolitanus ac primas, penes quem etiam Regis coronandi ius exiſtit: Habet ſub ſe epiſcopos viginti & vnum.

Cantabrigia.

Cantabrigia Anglis Cambridge. Hîc collegium inſtituit Barſomus, Elienſis Epiſcopus, anno 1274. Habet iam collegia vndecim, aulas etiam quatuor, eaq; omnia ædificiorum celebritate præſtantiſſima. Habuit etiam anteà ſcholam publicam perauguſtam (in qua Philoſophia humanioreſq; diſciplinæ tradebantur) à Sigeberto Eſtanglorum Rege conſtitutam, anno 637.

Oxonium, Anglis Oxforde. Hîc Alvredus Saxonum Rex anno Chriſti 872. inſtituit Academiã, quæ poſtea ex multorum Principum & præſulum beneficentia, ampliſſimis ſtructuris, reditibus & priuilegiis ornata eſt. Habet iam collegia ſedecim, aulas etiam octo. Singula ædificiorum ſplendore, magnificentia, ac bonarum literarum artiumq; omnium ſtudiis florentiſſima.

Londinum.

Londinum vulgo *Londres*, olim *Trinouantum*. Dicitur à Brito primùm conſtructa, vocataq; Troia; poſtea verò reſtaurata, à principe eius gentis, indeque vocata Londinum.

num. Situm est ad Tamesin fluuium, magnis nauibus peruium. Celeberrimum est emporium, vbi & sedes re-

gni. Senatum constituunt viginti quatuor ciues, ijq́; ætate prouecti. Emporium autem nunc celebrius quàm anteà, postquam Antvverpia in hasce angustias redacta est. Vrbs diues, frequens, ædificiis sacris ac profanis, publicis & priuatis inclyta, agro fertili ac clementi cœlo: florens armorum & literarum studio. Distat ab Oceano LX. millibus passuum. Pontem lapideum habet vltra fluuium, tectum vndiq; contiguis ædificiis. Iacobus Typotius vir insignis Londini vocem à voce Finnica Londe deriuatam censet, quæ Finnis niuem significat, propter vbertati pulchritudinem.

SCOTIÆ REGNVM.

Edenburgum.

Edenburgum, alias *Alata Castra*, arcem habet fortissimam: Sedes Regia est, metropolis non tantùm Landoniæ, sed etiam totius Scotiæ. Cathedra Episcopali & mercatu nobilis, distat à sinu maris & ostiis Forthe fluuii passibus circiter mille, lata quingentos; Ab occidente vrbis videre est rupem, in rupe arcem vndique præruptam, nisi qua ex vrbe aditur. Arx vocatur Castellum puellarum. Vrbis appellationem nobile monumẽtum nonnulli interpretantur, vt sit Edenburgum quasi Edleburgum. Ad orientem vrbis est ædes S. Trinitatis, & contiguum Regis palatium; culti horti lacu circumsepti ad fundum montis. Ab arce ad palatium duplex est via, vtraque venusta, Regia tamen venustior. In vmbilico vrbis est ædes S. Egidii. Fabricam nobilitant cæsi lapides. In vrbe Principum virorum diuersoria quàm plurima. Suburbium qua occidentem vrbs spectat, ad trecentos passus extenditur, ædificiorum frequentia & splendore nihilo vrbe inferius.

Aberdonia.

Aberdonia vulgò Aberdein/portus ad littus maris Germanici optimus, Vniuersitatem Alexander Rex cum Sorore Isabella ab Anglia tum nuper reuersa, multis ornauit priuilegiis, circa annum 1240.

Glasquũ.

Glasquum vulgò Glast. Hîc instituta fuit Academia à Turubullo Glasquensi Episcopo.

S. Andreæ.

S. Andreæ vulgò S. Andrewes. Hîc Vniuersitas sub Iacobo Rege in Anglia profugo inaugurata est an. 1411.

LVSITANIÆ REGNVM.

Vlissipona.

Vlissipona vulgò dicitur Lisbona. Sita est vbi fluuius Tagus

Tagus in Oceano perditur. Nomen traxisse dicitur ab V-lyssis erroribus, à quibus sumpsit exordium. Metropolis

est Lusitaniæ, Sedes regia, maxima totius Hispaniæ. Angustior olim fuit, vnum tantum cliuum amplexa, sed Regum victoriis in immensum creuit, valles & montes intra muros claudens. Ad meridiem est Regia, magno sumptu & ingenio extructa. Ad occasum S. Claræ monasterium, quod ad Tagum extenditur. Quæ meridiem spectat vrbis regio mari alluitur: reliqua contin ens est in credibili vbertate soli & frugum omnis generis abundantiâ: septem millibus passuum mœnia dilatantur. Numerarunt olim ædificia vrbana vicies mille: hoc autem tempore multò maior est numerus. Saliunt varii passim fontes. Mare adi-

tur portis viginti duabus, terra sedecim. Propugnacula murorum turres sunt septuaginta septem. Conspicua sunt in ipsa vrbe multa. Nihil spectatius templo Misericordiæ: ex quadrato lapide stupenda structura: Hîc Sodales Miser: largi opum sunt, & egenis annua numûm vicies millia amore Christi liberaliter donant: proximum splendore & honore Xenodochium est. Basilica tertia est, qua Principes exteri, & Principum legati stante Regno suscipiebantur. Petrus Iohannis Regis filius in eum vsum condidit. Iohannes Rex horreum architectatus est ea capacitate & ordine, vt inter vrbis miracula referatur nõ iniuria quartum. Huic curia vicina est cõcilio non indigna.

Conimbria vel Colimbria.

Conimbria vel *Colimbria*, vulgò *Coymbre*: prope littus Oceani occidentalis: Hîc Vniuersitatem fundauit Ioannes III. Rex Portugaliæ XV. & Catharina eius vxor, Sotor Caroli, circiter annum 712.

EXTREMADVRÆ REGNVM.

Emerita Augusta.

Emerita Augusta à militibus emeritis, quos ibi reliquit Augustus, nomen sumpsit vulgò Merida; Metropolis est Extremaduræ, si eius antiquus inspiciatur splẽdor, quando altera visa fuit Roma; Nunc ruinam minatur.

ANDALVCIÆ REGNVM.

Hispalis.

Hispalis vulgò *Siuilia* vel *Sibilia* dicitur, vnde porrò hæc ciuitas originem & nomen traxerit, non omnes consentiunt. Isidorus Hispalensis Episcopus lib. 15. Orig. cap. 1. *Hispalin*, inquit, *Cæsar Iulius condidit, quam ex suo nomine & Romæ vrbis vocabulo, Iuliam Romulam nuncupauit; Hispalis autem à situ cognominata est, eò quod in loco palustri, suffixis profundo palis locata sit, ne lubrico & instabili fundamento cade-*

ret. Sed hæc ſententia Vaſæo & aliis non placet, quorum aliqui ab Hercule, alii ab Hiſpalo conditam eam perhibent. Benedictus Arias Montanus inſigne vereq; admirandum literatorum decus, qui Hiſpalim ortu commendatiſſimam reddidit, hunc in modum de patriæ ſuæ appellatione ad Abrahamum Ortelium inſignem Coſmographum ſcribit: *Hiſpalis nomen Phœnicum eſt, ex Spila vel Spala deflexum, quod planitiem ſeu virentem regionem ſignificat, quale eius territorium conſpicitur. A Græcis verò addita eſt aſpiratio. Arabes autem quod P. literam non habent, ob idq; pronunciare nequeunt, ferè ad natiuam vocem referentes Sibilla dixerunt: deinde Chriſtianorum vulgus Seuilla, vt nunc, appellauit.* A Iulio Cæſare reſtaurata eſt; Ferdinandus autem Tertius à Mauris eam liberauit. Eſt autem vrbs clariſſima prope Mare Gaditanum ſita, forma rotunda, ædium pulcherrimarum frequentia nitidiſſimè culta, totiuſque Hiſpaniæ emporium florentiſſimum, quod ex variis mundi partibus maximè verò in India occidẽtali quæſtus incredibiles facit: Ad tantum ſiquidem negociationis culmen Hiſpalenſes deuenére, vt ipſi ſoli hoc priuilegio gaudeant, quo nullum in Indiam tranſmittatur nauium genus, quin hîc mercibus oneretur, machinis & tormentis bellicis, commeatu omnibuſque ad tantam nauigationem requiſitis, Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis nomine inſtruatur. Quæ in Aprili copioſa & ingenti claſſe, maxima præſtantiſs. bonorũ copia referta (quorum pretia omnem ferè æſtimationem ſuperant) in Indiam tendunt: quotquot etiam ex eadem India naues, pretioſiſſimis onuſtæ theſauris redeunt, huius vrbis littus appellere, merceſq; exinanire

cogun-

coguntur: Quæ frequenti numero quotannis in Auguſto vel Septembri ingentes atque incredibiles opes conferunt. Eſt hîc ampla & magnifica domus, Gubernatorem & conſules habens XII. Quæ à negotiis Indicis, quæ ibidem geruntur, *La caſſa de la contraction de las Indias*, nomen habet, ſitu omnes Hiſpaniæ vrbes excellit, agrum habet pinguem & peramœnum, omnis generis frugum, olei, oliuarumq; feracem, fructuoſis conſitum arboribus, maximè palmis & Citriis, quas *Narangios* Hiſpani vocant. Nobiliſſimus fluuius Bœtis vrbem præterlabitur: Guadalquiuir ab Hiſpanis dicitur Africano ſeu Arabica voce, quæ idem quod fluuium magnum ſonat, vt Vaſæus perhibet, præſtans & ligneo ponte, quem párua nauigia catenis compactum ſuſtinent, admodum delectabilis, in Athlanticum mare magno cum impetu excurrit. In Hiſpalienſi quodam ſuburbio meridiem verſus, quod ipſorum lingua *Elcablado* vocant, plurima antiquitatis monumenta eruuntur è terra, veluti tymbi, lapideq & vitreq lampades, vrnæ, numiſmata, & alia id genus, ex quibus Romanorum ſepulturam hîc quondam fuiſſe, intelligi poteſt, Altera ex parte, milliari ab vrbe, conuulſæ vrbis antiquæ atque Theatri ruinæ videntur, locus Hiſpanis *Seuilla la vicca*, hoc eſt, Sibilia vetus dicitur. Vehementer autem Hiſpalienſem ciuitatem commendat aquæ ductus inſignis à Mauris incredibilibus impenſarum ſumptibus operę fornicato conſtructus, qui ex cauato riuo dimidiati milliaris ſpacio iucundam incolis aquationem præbet, vnde quàm plurimi fontes ad ciuitatis neceſſitates deriuantur. Mirabili viſu, quanto itinere, nimirum ſex millia-

rium per cœcos terræ meatus à Carmora ciuitate ſcaturientes fontes in hunc aquæ ductum deducantur: vnde Los cannos de Carmora Hiſpanis dicitur. De Hiſpali pulchra L. Marinæus Siculus lib. XIX. Rerum Hiſpanic. habet.

Oſuna Plinio eſt Vrſo & Genua vrbanorum, Cæſari, Straboni aliiſq; Vrſao. Hæc ciuitas nũc eſt Ducatus caput & ſedes primaria Iſmæ Gironum familiæ, quæ relicto titulo Comitum Vreniæ Ducum Oſunæ anno 1562. Rege Philippo annuente ſibi vendicauit. Templum in hac ciuitate D. Virgini ſacrum ex candenti marmore Anno 1534. erectum. In eo Abbas, Dignitates, Canonici, Porhonarii & Sacellani. Monaſteria ſacra D. Dominico, Franciſco Aſſiſienſi, Auguſtino, Franciſco à Paula, Claræ, &c. Xenodochium præterea pauperum, omnium aſylum. Anno 1549. à Ioanne Telter Girone Academia hic extructa inſignis, in qua omnes ferè ſcientiæ docentur. Penes Rectorem collegii Academiæ ius eſt. In meditullio oppidi è regione Academiæ fons eſt vberioris aquæ. *Oſuna.*

Marchena ciuitas Septentrionem verſus habet Aſtigi viginti M. P. à ſe diſtans: ad Solſtitium æſtiuum Eſtepo nam, ad hyemalem Vrſaonem, vtraſq; octo M. P. à ſe diſtantes. In occidentem Hiſpalim. Situs eius eſt in colliculo quodam, vbiq; planicie reſpiciente. Summum eius templum eſt ad oppidi Septentrionem, egregia turre exornatum, cui coniunctum eſt Ducum inſigne palatium ad portam, qua itur Aſtigi, propugnaculis ac turribus munitiſſimum. Non longè à palatio Virginum eſt conuentus, in quo viduæ ducum aliquando religioni ſe addicunt. Suburbium habet oppido maius ad occaſum Solis, quâ *Marchena.*

itur Hiſpalim, in eo fons eſt è regione Xenodochii tantã aquæ vehementiam emittens, vt & ciuibus & eorum animalibus abundè eam ſuppeditet ad reſtinguendam ſitim.

GRANATÆ REGNVM.

Granata. *Granata* antiquis *Illiberi* dicta, Metropolis regni: Ciuitas magna eſt, referta amœniſſimis tum hortis tum fontibus; Sedes fuit Cancellariæ tempore Regis Ferdinandi & Reginæ Iſabellæ, qui ciuitatem hanc è manibus Maurorum recuperarunt. Adeò autem hæc Ciuitas à Mauris deſideratur, ſicuti à nobis Terra Sancta: Imò ipſi Mauri ob eius amiſſionem ſingulis diebus Veneris vexilla ſua abſcondunt.

MVRSIÆ REGNVM.

Murſia. *Murſia* antiquis *Murgi* dicta; Metropolis regni, celebris eſt ob vaſa quæ ibi parantur ſubtiliſſima, tum ob Sericum, quod ibi paratur præſtantius omni Serico totius mundi.

CASTILIÆ REGNVM.

Legio. *Legio* hodie dicta *Leon*, antiquitus fuit Metropolis Caſtiliæ & Sedes Regum Caſtiliæ antiquorum, cum occuparetur Hiſpania à Mauris. Sita eſt inter montes.

Valiadoletum. *Valiadoletum* ciuitas magna eſt, adeoq; ciuilis, vt nulli cedat Hiſpaniæ ciuitati, licet ab Hiſpanis (quod Epiſcopo careat) villa vocetur. Illic præter Vniuerſitatem reſidet Cancellaria, ad quam è longinquis regionibus etiam ex Biſcaia & Gallicia fit concurſus. Sita eſt ad fluuium Dorum

Auca. *Auca* vulgò *Burgos*, Metropolis eſt Caſtiliæ, cui in conuentibus prima competit vox, quam antea habebat Leon.

Pla-

Plateas quidē anguſtas habet, ſed ornatas maximis palatiis. Hiberno tempore frigida valdè eſt, quod raro ſitus ratione Solem videat. Vrbem hanc à Saracenis captam Alfonſus VII. Rex Aragoniæ in libertatem aſcernit anno 1106. Summi templi ſtupenda fabrica eſt & magnitudo ingens, in eo quinq; ſunt organa muſicalia pneumatica. Cœnobium in hac ciuitate Virginum Huelgas dictum, in hoc illuſtres tantum virgines admittuntur. Habet Abbatiſſam, quam pietatis fama ad tantam dignitatem euexit. Eadem Abbatiſſa ſeptuaginta alia monaſteria gubernat, quorum quatuordecim magna ſunt, reliqua aliquantulum anguſtiora. Magna præterea huius Abbatiſſæ authoritas. Cœnobium hoc extruxit Alphonſus Rex cognomento Aruatus.

Complutum vulgò *Alcata de Henares*, Academia valde celebris, quam inſtituit Epiſcopus quidam Toletanus. *Complutum.*

Salmantica vulgò *Salmanca.* In hac ciuitate Benedictus XIII. Pont. Max. tempore Schiſmatis, anno 1404. inſtituit Academiam. *Salmantica.*

TOLETI REGNVM.

Madrid hodie Sedes Regia eſt; Sita autem eſt ciuitas in medio ferè Hiſpaniæ, cum aëre adeo ſalubri, vt nunquam peſte inficiatur, ideoq; ibi ſedē ſuam fixit Princeps orbis terrarum maximus, ſaltem quoad imperii magnitudinem, regionumq; ei ſubditarum latitudinem & diſtantiam: huic competit titulus Catholici, quem primus acquiſiuit Alphonſus Rex, cum omnes hæreſes ex Hiſpania profligaſſet. *Madrid.*

Toletum.

Toletum ciuitas est sita ad fluuium Tagum, antiquissima, restaurata à Rege Vamba. In hac solebant coronari Reges Gotthorum: Alphonsus quoq; Rex in ea componi curauit Tabulas Astronomicas. Archiepiscopatus est ditissimus omnium totius orbis Christiani. Prælatus eius est Primas totius Hispaniæ, cum antea Prælato Seuiliæ eas dignitas competeret: Metropolis est regni sui, atq; antiquitus sedes regia.

GALLICIÆ REGNVM.

Compostellum.

Compostellum ciuitas est primaria Gallicię mediterraneo loco sita, in qua quiescit corpus S. Iacobi, cuius gratiâ vndiq; eò fit magnus concursus hominum. Locus est Regentis illius regni.

BISCAIÆ REGNVM.

Bilbaum.

Bilbaum Metropolis est Biscaiæ, in qua optimæ temperaturæ conficiuntur gladii: portum continet insignẽ, in quo multæ onerantur naues, quæ merces vehunt in partes Septentrionales in Sueciam & Liuoniam vsq;.

LEPVZCVÆ vel QVIPVSCVÆ REGNVM.

S. Sebastianus.

S. Sebastianus antiquis Menlascum dicta: Metropolis est Lepuscuæ.

VALENCIÆ REGNVM.

Valencia.

Valencia ciuitas primaria totius regni eaq; antiquissima & pulcherrima, referta pulcherrimis hortis, in qua tanquam in antiqua Coryntho palatium est meretricum ad vitanda mala maiora permissum.

CATALONIÆ REGNVM.

Barcellona.

Barcellona antiquitus Barchinum dicta; diues est ciuitas

uitas maritima, magna habet priuilegia, cum tanquam libera Resp. à suo gubernetur magistratu: Metropolis est Cataloniæ.

ARAGONIÆ REGNVM.

Cæsarea Augusta vulgò *Saragossa*, sita est ad fluuium Iberum; Metropolis Aragoniæ. Sedes quoq; Viceregis & eius quam vocant Iustitiam Aragoniæ, qui non admittitur nisi Aragonensis. Insigne in ea ciuitate est hospitale. *Cæsarea Augusta.*

NAVARRÆ REGNVM.

Pampelona antiquis Pompeiopolis dicta, ciuitas est primaria regni Nauarræ, sedes Viceregis, præsidium habet Castellanorum. *Pampelona.*

GALLIÆ LANGVEDOCCA.

Narbona sita est ad ripam fluuii Audæ, fuit antiquitus Romanorum colonia contra Barbaros, nunc verò locus munitissimus contra Hispaniam: Metropolis est Languedociæ. *Narbona.*

Tholosa ad Garumnam fluuium sita est, ad fines Aquitaniæ: clara est parlamento; in quo solum ius ciuile in vsu est; ideoq; nulla appellatio est à sententiis determinatis in eorum Capella, sic vocant suum Concilium. Habet quoq; studium iuris totius orbis celeberrimum. *Tholosa.*

GALLIÆ PROVINCIA.

Massilia antiquitus Colonia Focensium, cum Academia celeberrima, adeò vt & Romani, relictis Athenis & Rhodo, eò se conferrent: Floruit ibi lingua Græca; sita est ad mare, habetque portum totius Galliæ pulcherrimum. *Massilia.*

GALLIÆ DELPHINATVS.

Granopolis.

Granopolis ſedes eſt Gubernatoris illius regionis.

GALLIA SABAVDIA.

Camberinum.

Camberinum vulgò *Thamberin*, Metropolis eſt Sabaudiæ ac Parlamentum, vbi cum magna religione oſtenditur imago faciei Saluatoris noſtri, quę miraculosè impreſſa fuit in linteo, cui in ſepulchro Saluator noſter fuit inuolutus.

Geneua.

Geneua.

Geneua ſita eſt ad lacum Lemanum, ad limites Heluetiæ, pontem habet ligneum vltra Rhodanum, qui ciuitatis vtraſq; connectit partes.

GAL-

GALLIA AQVITANICA.

Burdegalum vulgo *Bordeaux*, Metropolis Guaſconiæ, Parlamentum habet, ad quod concurſus fit etiam ex aliquibus partibus Galliæ Celticæ. *Burdegalum.*

Bituris.

Bituris vulgo *Bourges* Aluaricum Cæſaris eſſe exiſtimatur, Ducatus Biturigum: Metropolis eſt, tantæq; amplitudinis, vt reliquas totius Galliæ vrbes paucis exceptis facilè ſua vincat magnitudine: ſita eſt in ſolo paluſtri, fereq; omnibus ex partibus flumine & palude circundata. Huius vrbis vetuſtatem teſtantur egregia quædam monumenta, quæ in ea videntur. Frequentiam verò com- *Bituris.*

men-

mendat omnium rerum mercatura & nundinæ, quæ ibi habentur. Et si de eius celebritate aliquid audire lubeat, Academia ibi est omni disciplinarum genere ornatissima, ante multos annos à Duce quodam, qui Biturigibus imperabat, erecta: Hactenus vero à Viris clarissimis tam sedulo exculta, vt iam iam literarum decus atq; Doctissimorum Virorum Emporium meritò dici possit.

Limouicũ. *Limouicum* vulgò *Limoge* à Mundo creato Anno 2682. fundatum esse ait Thebetus, idq; per aliquem Phrygiæ populum, cuius procerum vni nomen erat Lemouis: is multis facinoribus egregiis perpetratis, victoriisq; obtentis vrbem condidit, quam à se denominat ã Lemouicũ dici voluit. Quibus hæc antiquientas minus probatur, à limo Limouicum dictum contendunt, quod nimirum agrum habeat limosum: C. Cæsar Lemouicibus consilio principum imperatum fuisse numerum decem millium ait, ad bellum contra Romanos gerendum. Metropolis est Vicecomitatus Limaniæ: Ciuitas est nulli totius Aquitaniæ secunda, mercatura negotiationeq; florens, quod eò magis mirandum, quo ipsa loco minus commodo sita est.

Andegauia. *Andegauia* vulgò *Anion*, Metropolis Ducatus Andegauensis, atq; episcopali nomine clara, ac insuper vniuersali studio à Ludouico eius nominis secundo, Andegauensium Duce ibidem erecta, tempore quo Heydelbergensis Vniuersitas à Ruperto Palatino Comite instituta est in Germania. Ciuitas est antiquissima, eam Sarta secat fluuius mediam, quæ res negotiationi mercaturæq; cum oppidanorum, tum vicinorum Cænomannorum, Normandorum non parum conducit.

Lema-

Lemanum vulgo *Le Mans* vrbs Cenomaniæ eſt, atq; omnium Gallicarum prima, in qua ſalutare Diuini Verbi ſemen ſparſum, primaq; omnium Epiſcopali ſede decorata. Antiſtes S. Iulianus à Diuo Clemente in Galliam miſſus, fundamenta inibi Chriſtianæ Religionis iecit, rexitq; Eccleſiam 47. annis, poſt quem multi ſucceſſerunt, & fide & vita ſancti Viri. *Lemanũ.*

GALLIA CELTICA.

Pictauia Metropolis eſt & Vniuerſitas ſita ad ripam fluminis Vioni, originem trahit ab Agatirſe & Gelone ſucceſſoribus Herculis. *Pictauia.*

Nantes maxima vtriuſq; Britanniæ ciuitas; Vniuerſitas; portum habet inſignem, ex quo ſingulis annis plurimæ ſoluunt naues. *Nantes.*

Renes ciuitas inſignis, Sedes Ducalis, in ea cuditur moneta. *Renes.*

Veſontio vulgo *Beſanzon*, Metropolis vtriuſque Burgundiæ, de qua ita ſcribit Sabellicus: Erat id oppidum (Veſontionis ſcilicet) Sequanorum maximum loco ad bellum oportuniſſimo ſitum. Aldauſio amne ferè circumquaque cinctum (nunc Dubio illi nomen eſt) vna duntaxat parte, qua mons arduus ſurgit, cum munitiſſima arce pedibus vrbs adeunda, radices montis fluuio penè contiguæ. Tradũt vulgares Burgundię gentis annales Veſontii ludos liberalium artium aliquot multæ celebritatis fuiſſe, qui multo poſt tempore collapſi Barbaricarum gentium deuaſtatione, anno iterum 1540. Antonii Perenotti Atrebatenſis Epiſcopi munificentia Veſontioni ſunt reſtitu- *Veſontio.*

ti. Habet ea ciuitas intra mœnia hortos ſpatioſos, vineta, viridaria, meditationi etiam ac ſtudiis aptos receſſus.

Rothomagus.

Rothomagus vulgò *Roan*, à Mago, qui eam ædificauit, nomen ſumpſiſſe putatur. Metropolis eſt Normandiæ, ſedes Parlamenti, ciuitas mercatura celebris. Ad occaſum duplici fluuiolo clauditur; à Meridie alluitur Sequana, à Septentrione montes habet altos, qui ignem euomere ſolebant; pontem habet vltra Sequanam ex quadratis lapidibus conſtructum.

Matiſcona vulgò Maſcon.

Matiſcona vulgò *Maſcon*, ſita eſt ad Ararim fluuium, recto & longo tractu. Quàm plurima damna paſſa eſt ab Attila, Francis Burgundiam impugnantibus aliisq; quàm plurimis. Vltimò reſtituta eſt ſub Philippo Auguſto anno

Salu-

Salutis 1222. cum generosioris animi ciues orsi sunt, vrbem nouis mœniis concludere & aduersus prædonum incursiones vallo & propugnaculis munire. Sex tunc constituerunt portas, & oppidum oratoriis publicis decenter ornarunt. Inter quæ Diuorum Petri & Pauli Ecclesia & Curia, quæ pridem extra vrbem sita erat, vt vrbis murorũ veteres ruinæ declarant, quæ inter hanc Ecclesiam & S. Vincentii cœnobium, à D. Niceta conditum, visuntur. Sed istis à Lothario euersis, D. Petri & Pauli Ecclesia diuerso loco restaurata fuit, atq; apud eam Canonici Regulares collocati. Nec longè ab his Ptochdochion & cœmiterium publicum. Quod autem D. Petri cœnobium natura & opere munitum erat, & Carolus Burgundiorum Dux Canonicorum fidem suspectam habebat, iussit illud deleri, eoq; facto Canonici receperunt se ad eam vrbis ecclesiam, quæ ipsorum alioqui iuris ab iisdem etiam nunc tenetur. Erat & alia Ecclesia, primi atque sanctioris instituti Canonicorum, quos Regulares vocant, D. Stephani titulo, in colle extra vrbem sita, quæ à Lothario euersa, in Iudæorum postea vsu fuit, ex quo & hodie, pons eò pertinens, Iudæorum vocatur. Sed exactis Gallia Iudæis, illa Ecclesia paræcica & curialis facta est. Ecclesia autem Cathedralis primò dicata fuit sub nominibus Apostolorum Petri & Bartholomæi, & martyrum Geruasii & Prothasii. Sed Galliæ Rex Childeberrus, eius nominis primus, quo erat pietatis affectu erga Vincentium Martyrem, recon ditis ibi eius reliquiis, multis eam Ecclesiam beneficiis auxit. Quo euenit, vt cum populi quoq; affectio ad Regis pietatem accederet, apellaretur hæc D. Vincentii Eccle-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sia. Sed pulcherrimum apud Matisconios ædificium est Dominicanorum cœnobium, quo loco ante Comitum erat palatium à S. Ludouico extructum. Quod cœnobium Hugonotica rabie, anno M. D. L XII. & rursum anno M.D.L XVI. vastatum fuit, quod idem & Minoritarum cœnobio & iudiciali foro & collegio & carceribus & omnibus ferè vrbis Ecclesiis, accidit.

Cabillonum.

Cabillonum vulgò *Challon* Matisconæ finitimum in Prouincia Lugdunensi. Hic Cathedralis Ecclesia initio consecrata fuit, sub nomine D. Stephani, quam Childebertus, primus Galliæ rex, cum miserè iacentem atque afflictam offendisset, restaurauit, multisq; donauit immunitatibus & priuilegiis, collocatis ibi D. Vincentii reliquiis quas ex Hispania secum deportarat. Eò factum est, vt Ecclesia D. Stephani appellari desierit, S. Vincentii deinceps nuncupata. Est & alia Ecclesia D. Georgii nomine, in qua & Canonicorum collegium & sacrorum vrbis curia: Eaverò est Ecclesia, quæ sola, quo tempore Lotharius Ludouici Pii filius, Cabillonum & quatuor eius suburbia vastauit, incendium euadere potuit: præter Ecclesiam paræcicam seu Curialem, quatuor cœnobia prioratuum (vt vocant) nomine egregia sanè ac splendida fuerunt: S. Cosmi, quod Cluinacensi, S. Crucis, quod S. Petri Matisconensis vrbis, S. Mariæ, quod S. Benigni apud Diuionenses & S. Laurentii, quod Insulæ Barbæ apud Lugdæum subditum & veluti municipale est. Duo sunt eorum qui mendicitatem vouerunt cœnobia, Carmelitarum in D. Ioannis, cui à macello nomen; & Minoritarum in S. Laurentii, vt illi vocant, suburbio, à Philippo Bono extru-

cta. In eo autem ſuburbio, quod S. Mariæ nuncupatur, extat Virginum cœnobium ordinis Benedictini, quod antehac à S. Clara nomen habuit. Atq; iſta quidem de rebus Eccleſiaſticis. Quod ad ſtatum ciuilem attinet, Cabillonum Comites habuit, & ſedes olim Regia fuit Gontrani: Et exinde nundinis, quarum omnimodò eſſet immunitas, binis ornata, vtriſq; ad totum menſem durantibus, alteris Brandoniis, alteris ab Auguſto menſe nuncupatis. Cabillono poſt magnis affecto cladibus, hæ quoq; nundinæ alio tranſlatæ fuerunt: primo quidem Geneuam; deinde Lugdunum, vbi nunc quoque habentur. Atqui nulla tamen huius tranſlationis habita ratione, Cabillonius Nomarcha vſurpat nundinarum ac mercatuum magiſtri nomen, ob id certè, ne prærogatiuam amittat ſuorum maiorum, cum neque alioqui Cabillonum antiquas immunitates amiſerit. Nam & hodie, quo anni tempore illæ nundinæ habebantur, nemo Cabillonii apparitor ſeu regius, ſeu alius poteſt quenquã iure ſiſtere, vel in eius bona manus iniicere. Cabillonii præterea patriciorum aliquem ſibi vicinum in ſuæ vrbis Ducem militarem abs ſeſe delectum repræſentant ſiſtuntq; non illi, qui nomine Regis vrbi præeſt, ſed vrbis Epiſcopo. Nam antequam Burgundiæ Duces Cabillonenſem Comitatum ſui iuris feciſſent, acceptum à Comite Cabillonenſi, Ioanne, filio Stephani Comitis Burgundiæ, ſalinarum Principis (quod quidem accidit anno 1256) Epiſcopus erat præcipuus vrbis Dominus ac patronus, & edicta promulgabantur ſub nominibus Epiſcopi & Comitis: ſed Epiſcopi, honoris & prærogatiuæ cauſa nomen præcedebat. Nunc ciuitas pro

dimidia tantùm parte in Dominatu est Episcopi, pro reliqua ipsius Regis, & Episcopus suum nunc quoq; habet in vrbe Præfectum, & vrbs ipsa in duas diuisa iurisdictiones; partim curiam habet iudicialem castelli, quæ Regia est: partim Episcopi & Canonicorum Cathedralium collegii, in qua Episcopalis ille Nomarcha ius dicit. Cabillonum olim Reip. habuit optimè institutam, & plateas pro artificum varietate distinctas, eamq; vrbis partem, in qua cerdones agerent, à patriciorum magistratuum simulq; Ecclesiasticorum regione seiunctam; Ciues autem omnes liberos, ex quorum familiis, quę antiquitate præcelluerũt, deligebantur ad Reip. administrationem Senatores, quibus solis in conuentibus publicis sententiæ dicendę autoritas esset. Nunc Cabillonii Prætorem, seu, vt vocant, Maiorem habent Senatorem vrbis Principem, isque in causis ciuilibus ius dicit, in ipsius vrbis prætorio, quod & in aliis Burgundiæ ciuitatibus solenne atq; vsitatum est. Olim autem eiusmodi Maior potestatem habebat non modo rerum ciuilium, verum etiam criminalium; sed eam qui sequuti sunt, Nomarchæ sustulerunt. Permultæ sunt Cabilloni patriciorum ac nobilium Burgundiæ magnificæ domus. Olim enim Burgundiæ Duces vt plurimum illic agebant, eoq; factum est, vt Cabillonensium plurimi immunitatibus fruantur, soli nobilitati concessis. Et verò inter cæteros Gallica lingua vtentes, Cabilonii morib. sunt ornatissimis, atque ob egregiam in conuictu suauitatẽ (quam ipsa quoq; sermonis elegantia & festiuitas commendat) omnium, qui Gallico ornatui studeant, longè disertissimi habentur. Cabillonum ab Attila Hunnorum Prin-

cipe

cipe vastatum à Gontiano Rege restitutum fuit. Isque in cœnobio illic S. Marcelli conditus pro dignitate Regia mansæolum habebat, quod Caluiniani anno 1562. euerterunt. Alia deinde Cabilloni vastatione sequuta, per Lotharium Ludouici Pii filium, rursum tamen instaurata, vrbs priores vires & pulchritudinem recepit.

Iunia oppidum in excelso colle, ad Sabaudiæ limites positum, niuibus syluisq; opacis grauatum: in hac ciuitate est transitus montis. Iura, & vectigal exigitur rerum, quæ alio exportantur. *Iunia.*

Lugdunum.

Lugdunum vulgò *Lyon*, ante Christi natiuitatem anno XXIII. à Numantio Planutio Romano Proconsule sub Cæsare Augusto extructum; Vrbs sita est in monte, vbi fluuius *Lugdunũ.*

uius Arar miſcetur Rhodano, atq; ad mare tendunt. Fuit antiquitus Schola Latina valdè celebris, hodie Emporium Galliæ celeberrimum.

Dola. *Dola* ciuitas eſt Burgundiæ regionis omnium celeberrima, ſtudiiſq; referta, ad Dubium fluuium duobus brachiis ſciſſum, loco pulcherrimo poſita, pontibus, mœnibus, ſtupendis propugnaculis ſumptuoſiſſimisq; ædificiis magnificentiſsimè extructa.

Diepa. *Diepa* ciuitas Normanniæ, mercatu clara, portum habet pulcherrimum, vnde quotannis naues ſoluunt verſus Braſiliam.

Campodunum. *Campodunum* ciuitas vniuerſali ſtudio clara.

Aurelia. *Aurelia* præclara ciuitas ad Ligerim fluuium ſita.

FRANCIA propriè dicta.

Lutetia.

Lutetia

Lutetia vulgò *Paris*, ad fluuium Sequanam sita, caput est totius Galliæ, sedes Regia, frequens & populosa, vna ex maximis totius Europæ. In hac vrbe florent omnes scientiæ. Collegium habet Sorbonicum, in quo præ omnibus aliis locis viget Theologia. Continet Parlamentum totius Galliæ, imò totius mundi celeberrimum, distinctũ in quatuor Cameras, quarum prima quatuor habet præsides, & XXX. Consiliarios; secunda totidem præsides & XVIII. Consiliarios, & sic de aliis. Sumpsit nomen à luto. Nomen autem Parisiorum à Paride filio Priami Regis Troiæ, qui ciuitatem hanc ædificare cœpit, deductum putatur. Postea aucta est à Iulio Cæsare, vnde & Iulia vocata est. Vniuersitas erecta est à Carolo Magno anno 791. De hac ciuitate ita Iulius Cæsar Scaliger scribit: *Lutetia.*

Francigenæ Princeps populosa Lutetia gentis
Erexit immensum clara sub astra caput.
Hic cinis numerum, ars præmium, sapientia finem
Exuperant; superant thura precesq; Deos.
Audiit obstupuitq; hospes: factusq; viator
Vidit: & haud oculis credidit ipse suis.

S. Dionysius à ciuitate Parisiensi distat duabus leucis, in qua ciuitate conspiciuntur omnes Reges Galliæ mirabili artificio sculpti: ita vt ex imagine illorum vita & res gestæ conspici queant. *S. Dionysius.*

VENAYSCINENSIS COMITATVS:
Comte du veniſſe.

Auenio caput est regionis, vtramq; Rhodani ripam occupat, ponte longissimo pulcherrimoque interiecto: *Auenio.*

Vrbs antiquitate nobilis, Pontificum Romanorum quõdam ſedes, ad eoſq; etiam nunc pertinet. Conditoribus huius vrbis ſeptenarium numerum mirè placuiſſe argumento eſt, quod tot ibidem portæ, tot templa, Collegia Canonicorum, monaſteria Virginum, Xenodochia, Conuentus, aliaq;.

PICCARDIA QVA GALLIÆ BELGICÆ PARS.

Ambianum.

Ambianum vulgò *Amiens*, Metropolis Piccardiæ, templum habet totius Galliæ pulcherrimum.

S. Quintinum.

S. Quintinum oppidum Veromandorum, à S. Quintino Patritio Romano ſic dictũ, qui imperante Diocletiano illuc tranſgreſſus Veromãdos Chriſti religione imbuit.

Renis.

Reins ciuitas Campaniæ, in qua portæ adhuc retinent nomina à Diis Ethnicis, videlicet, Venere, Baccho, Marte, &c. Hic ex ordinatione Clodouæi coronantur Reges Galliarum.

Nouiodunum.

Nouiodunum vulgò *Noyon*, Epiſcopalis ciuitas, & vna ex XII. paribus Galliæ.

Bolonia.

Bolonia duplex eſt, inferior & ſuperior; inferior vicus eſt non ſeptus mœnibus ante Anglorum aduentum. Ibi fanum D. Nicolai & aliud Franciſcanorum ſodalium. Mare Anglicum vicum alluit. Superior abeſt ab inferiore centum ferè paſſus, vel paulo amplius: hæc ciuitas eſt cincta mœniis validiſſimis, iucundo valde loco ſita eſt. Extat ibidem etiamnum hac ætate turris quædam fortiſſima à Iulio Cæſare extructa, gratia muniendi eius loci pro exercitu ſuo contra Gallos vicinoſq; Britannos, quos eo tempore debellabat.

Caleſium oppidum noſtris temporibus bellis famatum. *Caleſium.*

Bauacum ſeptem olim Viarum ſtaturis (quas hodiè *Les ſept voyes* vocant) nobile. *Bauacum.*

HOLLANDIÆ COMITATVS.

Dordracum vulgò **Dort** / quatuor fluminum concurſu in inſulam redacta; Moſæ nimirum, Wahalis, Lingæ ac Meruæ, vnde verſus: *Dordracũ*

Me Moſa & VVahalis, cum Linga, Meruaq; cingunt:
Aeternam Batauæ virginis ecce fidem.

Hi fluuii Dordracum anno 1421. arroſiſſe dicuntur à continente; Brabantiæ enim cohærebat, quo tempore etiam plures quàm ſeptuaginta pagi inundatione periêre, & ad centena hominum millia cum omnibus fortunis ac poſſeſſionibus interiêre. Ciuitas eſt ampla, pulchra, opulenta ac præpotens, ædificiis elegantiſſimis ac magnificis ornata.

Harlemium, vulgò **Harlem** / omnium quæ in Hollandia ſunt vrbium ampliſſima, cui incolarum ſuorum teſtimonio Typographicæ artis inuentio debetur; quamuis hoc beneficii Moguntinenſi vrbi acceptum referant alii. *Harlemiũ*

Delphi vulgò **Delffe** / oppidum à foſſis ſeu aquæductibus ſic appellatum, fodere enim **Delffen** / ſua lingua. Hic locus eſt toti Septentrioni ferè notiſſimus ex cereuiſia, quam abundantiſſimè eius incolæ coquunt & diſtrahunt. *Delphi.*

Leida vulgò **Leiden** / antiquis Lugdunum Batauorum: ciuitas amœna valdè. Scholã iam continet valdè celebrẽ. *Leida.*

Gouda.

Gouda ciuitas est populosa, diuesq; ad Isalam fluuium posita: Ædificia habet tum priuata, tum publica præcellenti apparatu constructa. Perauguſtam inprimis & magnificam Ecclesiam, quæ vnica in vrbe parochialis est, & media quasi vrbe tam ampla conspicitur, vt similem (vnica Harlemsi excepta) non alibi exhibeat Hollandia; magnitudine enim Metropolitanam Colonienſem Ecclesiam aliquot pedum mensura excedit. Cunctis olim ante conflagrationem propter amplitudinem & ornatum admirationi erat, habebat altaria LII. Campanariam habet turrim altitudine & pulchritudine præclaram, in qua Campanarum harmonia pro temporum festo festorumq; mutatione varia modulatione editur. Hanc autem tam conspicuam & amplam Ecclesiam iam secundum rabidus deformauit Vulcanus. Anno nimirum 1438. incendio, quod oppido cum Ecclesia erat commune. Et anno salutis 1582. fulmine tacta, sola periit, locis circumquaq; vicinis planè illæsis. Post hoc autem postremum incendium, solis oppidanorum impensis & oblatione annua, quæ dedicationis die (Dominica post Decollationis S. Ioannis) penditur, pristino nitori & magnitudini restituta, intus elegantissimis præstantissimisq; fenestris vitreis depictis excellens, quales vix alibi conspiciuntur similes; Quas quidem fenestras oppidani funesta etiam ætate, quę in picturas & statuas immaniter sæuit, annua restauratione conseruant. In foro triangulari, Ecclesiæ parochiali vicino, admodum amplo, vbi ter annuatim celebres habentur nundinæ, insularis & ciuica domus est, quadrato ad normam secto lapide eleganter constructa, cui amplus

in

in circumferentia locus relinquitur: habetq; hæc prætoria sua sic iuri dicendo & Senatusconsultis habendis distincta ornata triclinia, vt pulchriori ordine constitui non possent, sub ipsa ciuica domo (ascenditur enim ad eam per gradus lapideos, eleganti circumferentia ornatos, vbi edicta & plebiscita publicantur) in posteriori parte macellum est publicum, elegantissimis fornicibus ornatum, in anteriori armamentarium. Inde concamerata planicies strata, quæ lapideis columnis sustentatur, prætoriæ annexa, in qua spectante plebe supplicia de condemnatis sumuntur. Habuit præterea hæc vrbs ante motus hosce publicos monasteria Virorum IIII. & VI. Virginum, Xenodochium nunc etiam habet vnum amplissimum, Hospitalia IIII. & alias pieratis Officinas, in quibus viris & fœminis ætate & senio confectis, pueris etiã expositiis charitatis & misericordiæ opera præstantur: Item oratoria elegantia VI. & leprosorium cum Ecclesia extra mœnia. Hæc autem monasteria & oratoria auorum pietate excitata & fundata, nunc partim solo adæquata, partim direpta in priuatos vsus conuersa, ruinosa sunt & deserta; Quemadmodum & Arx principis, quę ad Isalæ ripam probè munita fuit, vnica tantum turri relicta, in qua Comitum Hollandiæ priuilegia conseruantur, quæ certo delectu singulis annis à deputato per Magistratum Commissario, assignato in hoc annuo sexcentorum florenorum stipendio, discutiuntur & reuidentur, ne situ intereant. Habebat præterea Gouda Catechisticas Scholas, in quibus vtriusq; sexus iuuentus ad pietatem gratis erudiebatur, sed & istæ pietatis officinæ sunt euersæ. Tanta insuper aeris salubri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tate Goudani fruuntur, vt rarò pestis grauentur contagio, cui quidem rei aquæ perpetuò fluxu atq; refluxu remeantes, non mediocriter conducunt. Fluuiis etiam duobus decorantur, Isala nimirum, & eo, qui vrbi cognominis est Gouda: Quorum alter Lunæ motibus & Oceani æstu agitatur: alter, vbi mœnia primum latis & peramplis fossis muniuit, ad mare vsq; placidissimo tractu expatiatur, ac variam negociatoribus commoditatem præbet. Magno etiam ciuiũ quæstu cereuisia Goudæ conficitur, qua Hollandicum solum neq; colore neq; sapore alibi præstantiorem propinat. Ad bellorum deniq; violentiam propulsandam & obsidionem auertendam situ & opere Gouda commendatur, cùm maioribus machinis nullus ad eam detur accessus, nisi temporibus hybernis, & ne tum quidẽ sine magno periculo in duobus tantum aggeribus, quibus munitissima singulis propugnacula iam dudum obiiciuntur. Quin & cataractarum solutione viginti quatuor horarum tempore vicinos agros latos inundare potest. Quò accedit, quod foueis maximæ & profunditatis & latitudinis cingatur, quę ab expugnationis metu eam liberant. In his autem foueis iustæ magnitudinis glebæ ex imo ascendere, atq; in superficie natare videntur.

Roterodamum.

Roterodamum vulgò **Roterodam** / quasi Ratheri moles, oppidum est splendidum & copiosum, Mosæ flumini propinquum, Schiedamo vnico milliari, Gouda verò tribus distat, lanificio & panni textura celebre; habens & iustum populi numerum, & scitè admodum constructas ædes, quarum, quæ D. Laurentio sacra, facilè princeps, & splendida & sumptuosa; ciues opulenti marina nauigatio-

ne ce-

ne celebrem halecum piſcationem & exteram mercaturam exercent; Conflagratione perierat ciuitas pro magna parte anno 1563. Sed mox erectis longè pulchrioribus quàm ante ædificiis, pontum lapideum miræ magnitudinis ſimul conſtruxerunt, in cuius eminentiori parte ſuum Eraſmum lapidea ſtatua in perpetuum monumentum donarant, quam Hiſpani in exordio Batauici tumultus religionis ergò anno 1572. ſunt demoliti.

Amſtelrodamum.

Amſtelrodamum vulgò **Amſterdam/** ciuitas ſita vndique in aqua, fundamenta eius ſunt trabes ligneæ, locis vndoſis ingeniosè admodum infixæ, vt ædificia quamuis magnifica ſuſtentare queant: Fundamenta hæc, vti quidam teſtantur, ſæpè pluris conſtant quam ædificia ipſa, licet ſplendida. Emporium eſt poſt Antuuerpienſe omnium quæ habet Belgium celeberrimum, quo quotannis appellunt claſſes ducentarum ac trecentarum nauium ex omnibus Europæ partibus confluentium, vti ex Gallia, Anglia, Hiſpania, Luſitania, Liuonia, Suuedia, Noruuegia, Islandia, Oſtlandia, &c. ita vt ſæpenumerò vnà ibi videre liceat in portu ad quingentas naues maximas, quę proſpectum præbent planè magnificum. Ciues tam ſunt opulenti, amplæq; fortunæ, vt eiuſmodi claſſe aduecta, ipſi omnes merces tam promptè coemant, vt quinto ſextóve die ab aduentu ſuo expeditæ naues, rurſumq; mercibus aliis oneratæ quæuis remeent, vnde profectæ erant. Vt autem ſemel dicam, ſiue diuitias, ſiue populum, ſiue etiam aërem, aquam, ſitum, quantitatem, ſiue præterea aquæductum (quos canales vocant) per quos naues admittun-

tur,

tur, fabricas ſpectes; poterit hæc cum Venetiis compara ri. De hac ciuitate ita Nicolaus Carmus:

Hæc illa eſt Batauæ non vltima gloria gentis,
Amnis cui nomen, cui cataracta dedit.
Dicta prius Damum, *raris habitata colonis,*
Cum contenta caſis ruſtica vita fuit.
Hinc Amſterdamum iam facta celebrior, atque
Fortuna creuit tempore nomen item.
Vrbs benè nota propè, atq; procul diſtantibus oris,
Dotibus innumeris ſuſpicienda bonis.
Diues agri, diues pretioſæ veſtis & auri,
Vel pleno cornu copia larga beet.
Quod Tagus atq; Hermus vehit & Pactolus, in vnum
Verè huc congeſtum dixeris eſſe locum.

Hagum. *Hagum Comitis* vulgò Sgrauenhaeg / pagus eſt omnium, quos Europa habet, pulcherrimus, ditiſſimus, ampliſſimus ac capaciſſimus, ad domuum duo millia continens tam ſumptuoſarum, vt nulli vrbium cedant, cùm ibi totius propemodum regionis nobilitas ac Regis etiam Palatium Curiaque commoretur.

Amorfordia. *Amorfordia* Diœceſis Vltraiectenſis, oppidum paruum initiò fuiſſe, ex antiquis mœniis & foſſis liquet; poſtea verò rebus florentibus noua ciuitate veteri circundata vehementer eſt amplificatum. Ferax ſolum & commodum, amœnumque ſatum habet: Nam ab ortu & meridie, agros omni frumenti genere fertiliſſimos, ab occaſu montes, ſyluas cæduas ac ſaltus habet; à Septentrione verò vberrima paſcua, quæ à maris Oceani brachio vno ab vrbe

mil-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

milliari alluuntur. Ex hoc mari per Amisum fluuium nauigabilem omnigenę merces in vrbem importantur. Vrbs ipsa firma satis murorum ambitu, duplici fossa & vallo intermedio cingitur, arte tamen potius quàm naturâ munita: Ciues autem suo censu viuunt, aut agriculturam, lanificium & mercaturam exercent. Ius municipale, quod vulgò Statts Recht appellatur, Henricus Episcopus Vltraiectensis anno 1259. concessit: Guilelmus postea Episcopus anno 1298. instituit, vt idem ius vsurparent Amorfortii, quale erat Vltraiectinis. Nundinas habet toto Belgio celebres, quarũ duas Guido Episcopus illis anno 1331. donauit. Laudantur Amorfortii in Historiis à temperantia, prudentia, religione, fidelitate erga suos principes, fortitudine bellica, liberalitate in pauperes, & erga exules, cæterosq; exteros hospitalitate & merito. Omnis enim luxus tam in cõuiuiis quàm in vestibus supellectilibusq; apud Amorfortios exosus: didicerunt ab auis suis honestè ac parcè epulari ac vestiri. Quanta verò sub ipsa simplicitate rerum agendarum lateat prudentia, cum aliis temporibus, tum maximè in Guesiacis tumultibus, claruit. Pietas & religio hîc semper maximo in pretio fuit, fidemque, quam semel à D. Willibrodo, Bonifacio, Friderico aliisq; huius Diæceseos Apostolis acceperunt incolæ, hanc vsq; in præsentem diem sartam tectam conseruarunt, & adhuc clam sub metu Tyrannidis conseruant. Auxit promouitq; plurimùm in hac ciuitate religionem M. Gerardus de Groot, qui circa annum 1379. sub Vrbano VI. Papa Dauentriæ, Suollis, Campis, Amorfortiæ, Amstelrodami & in vicinis circumquaq; locis concionabatur, & cœno-

bia multa erigebat. Huius & ſucceſſoris eius Florentii Re-
devvin opera circa idem tempus tria monaſteria in hac ci-
uitate ſunt ædificata, quibus ſubſequentibus temporibus
& alia tria addita ſunt. Eſt & in vrbis Eccleſia primaria
D. Georgio ſacra, Collegium Canonicorum ab Epiſcopo
Ioanne Dieſtenſi anno 1337. fundatum: Sacellum quoq;
D. Virginis, in omnibus vicinis regionibus vicinis notiſſi-
mum, quod noſtris adhuc temporibus ab innumeris pe-
regrinis frequentatur. Fidelitatem erga ſuos principes
Amorfortii diuerſis temporibus & caſibus exhibuerunt.
Vltraiectenſes enim perpetuò ſuos Epiſcopos reiecerunt,
quos Amorfortii ſemper benignè ac liberaliter excepertũt
& in ſuas ſedes reſtituerunt. Sic Aſſuerum Culeburga-
num anno 1436. ab Vltraiectenſibus repudiatum. Sic Di-
epholdium anno 1448. ab iiſdem contra fœdus initum an-
te annos duodecim (quo ſe Epiſcopum ſuum defenſuros
iurauerant) pulſum, vrbe capta vnà cum D. Iacobo de
Geesbeec reſtituerunt. Senſit & horum infidelitatem
Dauid nothus Philippi Burgundiæ Ducis. Senſit etiam eò
magis Henericus Palatinus anno 1528. ab Amorfortiis in
ciuitatem Vltraiectenſem, vnde eiectus erat, armata ma-
nu reductus. Maiorem etiam obedientiam & fidelitatem
in Amorfortiis reperit Philippus Catholicus Hiſpaniarũ
Rex anno 1578. & 1579. qua tempeſtate nec princeps Au-
riacus, nec Hollandi, nec Geldri, nec Vltraiectenſes priùs
Amorfortios à fide Catholica & obedientia ſuę Maieſta-
tis auertere potuerunt, quam obſeſſam vrbem machinis
bellicis & ſummis viribus porta ſolo æquata ſuperaſſent:
Vrbem vincere, animos autem ſuperare non potuerunt.

Egre-

Egregiam quoque laudem ſemper ex bello reportarunt. Dominam Iacobam Bauaram Hollandiæ Comitiſſam propriis expenſis contra Dominum de Arckel, in capiendo Iſelſteinio & Gorcomio iuuârunt, vnde à Bauara publicis literis gratiarum actionem meruêrunt: Hollandorum vires ſæpè repreſſerunt: Geldrorum violentiam ſæpiùs fregerunt: Vltraiectum quater armis occupauerunt; Philippi Burgundiæ Ducis exercitum bis (teſte Meiero lib. 16. Annal. Flandr.) à ſuis mœnibus fugârunt. Hac fortitudine Amorfortii eam ſibi famam conciliârunt, vt multiè vicinis principibus illorum fœdera & amicitiam ambirent, ipſique in multis prouinciis vectigalium immunitatem obtinerent: Eam VVilhelmus Bauarus Hollandiæ Comes inito fœdere Amorfortiis per omnes ſuas prouincias donauit. D. VValramus Bredenrodius, D. Caſparus Culenburganus, & D. Ioannes Egmontanus, Amorfortiis magna quoq; priuilegia in ſuis ditionibus contulerũt. In pauperes tanta eſt Amorfortiorũ liberalitas, vt hac in re maximis quidem ciuitatibus pro qualitate diuitiarum non cedant. Duo ſunt in vrbe Gerotropheia, in quorum altero plus quàm 60. ſenes tam viri quàm mulieres honeſtiſſimè aluntur. Præterea anno 1447. inſtitui cœpit diſpenſatio eleemoſynarum in pauperes, qui priuatis in ædibus per vrbem habitant, ea paulatim ad tantam opulentiam peruenit, vt nunc plus quàm 80. homines inopes ex ex illa ſuſtententur. Inſigne quoq; & magnificum Orphanotrophium circa annum 1551. erectum eſt, vbi pupilli pauperiores aluntur. Duo adhæc vrbs habet Noſocomia, vnum pro peſte laborantibus, alterum pro quibuſuis cli-

nicis, quorum res domi est angustior, quàm vt seipsos in morbo sustentare possint. Xenodochium quoq; habet, quo peregrinis pauperibus ex itinere licitum est diuerti. Prodierunt ex hoc oppido non pauci Regum & Imperatorum Oratores, Medici, Iurisprudentes, aliiq; illustres viri, in omni linguarum artium & scientiarum genere exercitatissimi. Ex hoc oppido prodiit Albertus Sapidus tot annis Constantinopolitanus sub inuictissimo Cæsare Maximiliano II. Legatus. Natus est hîc D. Stephanus Lauræus, Domus Austriacæ summus sub eodem Maximiliano Medicus. Præterea D. Godefridus Steig/ qui Illustris. & Reuerendiss. Principis Herbipolensis cum summa gloria & laude magnoq; plausu ipsius Principis agit Medicum, sese Amorfortensem esse gloriatur. Hæc quoque patria est clariss. & ornatiss. Viri Ioannis Fonckii, qui post multas legationes, arcaniq; Senatus Belgii Regis Hispaniarum Philippi II. præclara peracta negotia, tandem à Rege in Hispanias vocatus est. Debet & huic oppido sua natalia Marcellus Lentius totius Ordinis Canonicorum Regularium per vtramq; Germaniam Generalis.

ZELANDIÆ COMITATVS.

Mittelburgum.

Mittelburgum à Metello præcipuæ nobilitatis ac consularis dignitatis apud Romanos viro id nomen, vt plerique opinantur, consequutum est, quasi Mitelliburgum. Lemnius à Burgo Burgk/ hoc est, à munito & eminente castro aut arce rupeque inaccessa (quale apud Romanos Tarpëium Saxum) denominatum putant, quod in insulæ huius meditullio ac centro consistat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Arnemuda Mittelburgi municipium præbet omnibus tutissimum portum, fidamq; nauium stationem: Nam hic præcipuè classis, quamlibet numerosa, instruitur, in quemcunque Oceani tractum velificatio perficiatur. *Arnemuda.*

Flissinga nomen desumpsit ab vrceo seu lagena, quod poculi fictile genus, supernè angusti oris est, in medio distento, ac capaciore ventriculo, qui circa imum gracilescit, ac sensim extenuatur, Belgis Flesschę nominata. Cuius imagine ciuitatis huius vexilla atque manipuli, quos etiam nauium malis in vertice erectos conspicimus, insigniti sunt. Distat à Mittelburgo versus Africam seu occasum Hybernum, interuallo sexdecim stadiorum, quæ bis mille passus conficiunt, aut bina millaria Italica. Est quidem vrbs exigua, sed arte & naturâ munita, qua parte mari obuersa est. *Flissinga.*

Campoueria vel *Veria* versus ortum æquinoctialem Scaldiæ opposita est, distat à Mittelburgo pari quasi interuallo, quo Flissinga. Nomen obtinet à freto, quod ab ea littoris ora in vlteriorem Campæ ripam ac sinum transferri homines soleant. Primus enim portus ac nauium cimbarumque statio, à qua conscensa scapha traiicimus, Veer, Belgis aliis Vaert: Latinè traiectus & transuectio dicitur. Ciuitas hæc peranguſtum habet mœnium ambitum, paucis ab hinc annis Scothorum frequentatione celebris. *Campoueria.*

Zirzæa ciuitas Zelandiæ in insula Scaldia sita, à conditore nomen sortitur. Anno redempti orbis 849. imperante Lothario primùm in formam ciuitatis ædificari cœpta, ac mœnium ambitu muniri, ex paruis initiis in eum *Zirzæa.*

ſplendorem adaucta eſt, vt nulla clariſſimarum ciuitatum ſit inferior: Hanc teſtatur Leuinus Lemnius plurimis viris eruditis, præclariſq; ingeniis fœcundam eſſe ac feracẽ, negotiatoribus prouidis ac ſagacibus refertam, quibus ex re frumentaria ac lectiſſimo tritico, ex niuei candoris ſale, ex rubia ſeu garanſa, ſalſamentorum ac piſcium copia, armentorum pecudumq; immenſa vi quæſtus accedit vberrimus. In re familiari ac domeſtica omnia elegantia, nitida, expolita: menſa frugalis & moderata, nec vnquam prodigaliter ſumptuoſa: in mercatura exercenda nemo non ciuium ſolers atq; induſtrius, lucri auidus, ad rem attentus, in tenuiores tamen atq; inquilinos inopia preſſos liberalis atque beneficus, in cæteros verò hoſpitalis, blandus, comis, affabilis, candidus, &c. Gregaria ac promiſcua multitudo paſſim inhumana eſt, rudis, agreſtis, ferox, crudelis, indomita, atq; à ciuili vitæ conſuetudine aliena.

Romerſualla. *Romerſualla* ciuitas Zelandiæ à Suytbeuenlandia inſula auulſa, nullis exculta agris, nullis exornata pomœriis. Oceanus vndiq; alluit, ita vt vnica ſalis negociatione ſubſiſtat.

Goeſa. *Goeſa* in occidentali Suytbeuenlandiæ parte ſita, ciuitas perexiguo quidem murorum ambitu, at ſplendore atque affabrè extructa; ciuibus morum ciuilitate perpolitis.

Toletum. *Toletum* Zelandiæ vulgò Zolen à vectigali & prætoriis ita appellatum: vetuſtum oppidulum, à Brabantia exiguo freto diſcretum.

FRISIÆ ORIENTALIS COMITATVS.

Embdena. *Embdena* vulgò Embden/Metropolis eſt Friſiæ orientalis;

talis, ad Amasii fluminis ostium, Principũ sedes; Emporiũ istius tractus celeberrimũ portus opportunitate, quẽ tam capacem profundumq; habet, vt nauigia, quæ quidem Oceanus maxima vehit, passis velis admittere possit, amplitudine opum, ædificiis publicis priuatisq; ciuiũ multitudine & incolarũ non Germanię modò, sed Europę innotuit.

Aurichium vrbs multis nobilium à curis & turba iucundissimus recessus; Syluæ id faciunt & nemora, in quibus aut aucupio, aut venatione sese exercent. Gens diues est, mercaturæ & opificio dedita. *Aurichiũ.*

FRISIÆ OCCIDENTALIS COMITATVS.

Groninga.

Gronin-

Groninga.

Groninga, Groningen / nomen sumpsisse dicitur à Grunio Franco, vel vt alii volunt, Troiano, qui hanc vrbem extruxit. Ciuitas est insignis, diues, populosa, muro forti circundata.

Leouardia

Leouardia, Leeuwarden / caput est comitatus Ostergoyensis & Septemsaltuensis.

Sneca.

Sneca vulgò Sneeck / ciuitas comitatus VVestergoyensis duobus à Leouardia milliaribus Germanicis magnis occidentem versus dissita, loco humili & tractu planè aquoso. Nam ager totus circumiacens, humilis est & depressus, nisi quod à Septentrionali parte, vbi ædes fuêre Ioannitarum, paulum adsurgit, ideoq; neq; segetibus ferendis, nec vlli alicui rei, quam pecoribus alendis, idoneus: Oppidum non tam aggeribus quàm natura & ipso loci situ munitum, nouum est, vtpotè, nondum ducentis annis ciuitatis donatum iure & priuilegiis. Cæterùm progressu temporis tanta incrementa sumpsit, vt in præsentia iam nulli oppidorum Frisiæ cedat, præter solam Leouardiam, omnium reliquorum caput, siue amplitudinem spectare velis, & ædium multitudinem splendoremq; vnà cum ciuium numero, siue platearum dispositionem aptã, vnà cum aquarum commoditate & abundantia, siue alia istiusmodi ornamenta. Illud præ omnibus singulare habet, quod præter fossam & vallum mediocri etiam muro lateritio cinctum sit; bonorum ingeniorum ferax; Nam vt cæteros omni literarum genere excultos omittamus, qui ex hac ciuitate oriundi, diuersis locis etiamnum degunt: in hac natus est & educatus Ioachimus Hopperus non patriæ tantum ciuitatis, sed Frisiæ etiam, adeoque to-

tius

tius Belgii lumen, & ornamentum penè incomparabile, qui ante annos non multos in Hiſpania primus, cùm eſſet à Conſiliis Regiæ Maieſtati, viam ingreſſus eſt vniuerſæ carnis, non ſine magno optimorum hominum dolore atq; gemitu. Ex hac item prodiit Petrus à Fritema Iureconſultus, qui præter nobilitatem generis auitoſq; ſplendores ſummam habuit eruditionem cum ſingulari animi probitate, candoreq; coniunctam. Hinc etiam oriundus Albertus Hero Philoſophus & Theologus ſcriptis clarus & Gellius Snecanus.

Doccum, latinè *Docetum* à multis dicitur; eſt in Oſtergoyenſi ditione, duobus à Leouardia milliaribus diſtans orientem verſus, non procul à ſinu maris, qui inter Oſtergoyam terram q; Groningenſem procurrens, Lauicam exiguum amnem eò decurrentem ſeq; exonerantem excipit. Ager circumiacens fertilis eſt, non paſcua tantùm læta habens, ſed & ſegetes ferens, præſertim ab Auſtrali parte, vbi & arenoſior videtur eſſe, paulò longius ab oppido ceſpites effodiuntur ad alendum ignem, id quod oppidanis & vicinorum pagorum habitatoribus magnam præſtat commoditatem. Abeſt à ſinu præſcripto exiguo milliaris interuallo, ex quo alueus per ipſum oppidum fluit. Hinc mercatura illic floret. Tempore belli inter Geldros & Burgundos, Geldris paruit, vallo, foſſaq; vt tum exigebant tempora, benè firmum. Cæterùm illis victis atq; expulſis per Cæſareos vallum foſſæ iniectum & complanatum eſt. Ab eo itaq; tempore immunitum iacuit ad annum Domini M. D. L X X X I. quo inquieti patriæ Ordines illud deniq; munierunt, ad auertendos Re-

Doccum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gis milites. Antiquum esse inter omnes constat, Estque martyrio & reliquiis quibusdam S. Bonifacii sociorumq; eius decoratum; Hîc enim post decessum B. Willebrordi primi Vltraiectinorum Episcopi, relicto Archiepiscopatu Moguntinensi, Vltraiectum petiit, & Episcopus ibidem constitutus est, miro semper flagrans desiderio conuertendi Frisios, qui tum magna ex parte Christum non agnoscebant, licet Willebrordus ad eos conuertendos & antea & post Episcopatum adeptum magnam nauasset operam, & præter eum alii etiam ab Episcopo Cantuarien-si ex Anglia missi verbum Dei prædicassent. Itaque assumptis secum sociis aliquot ad eos contendit, & posteaquam totâ prouinciâ peragratâ, vbique sementem Verbi diuini satis feliciter iecisset, tandem prope Doccum cum sociis ab infidelibus cæsus, martyrii coronam adeptus est. Constructum est non multis post mortem eius annis in ciuitate monasterium Canonicorum Regularium, quod progressu temporis occuparunt Abbas & Religiosi Ordinis Præmonstratensium: In eo ad hæc vsq; turbulenta tempora adseruatum fuit Cranium Martyris inter trucidandum ab impiis gladio resectum, vna cum baculo eius pastorali, calice, codice Euangelico, totoq; diuini officii habitu, & argenteo scypho. Huius etiam ciuitatis pastoratum septem annos administrauit S. Ludgerus, nobili genere natus, multatum linguarum peritus, qui postea primus Monasterienſium Episcopus ad cœlestem patriam circa annum 809. migrauit, in Werda Imperiali Abbatia ad Ruram fluuium sepultus, in hac posteris temporibus natus est Gemma Phrisius, Medicus & Mathematicus in-

signis

signis editis libris magnæ eruditionis celebris, quam etiã eruditionis laudem hinc oriundi merentur Basilius siue Wesselus, dictus Groninganus, Ioannes Docconicensis, Iureconsultus, Vniuersitatis Colonienſis ornamentum singulare, & Cornelius Kempsius, qui tribus libris res Frisiorum Latino sermone conscripsit.

Slotenã. *Slotenum* oppidulum pertinet ad septem syluas, loco demisso & paluſtri, situ ad mare Australe, à quo vix quarta milliaris parte distat, à Sneca verò duobus milliaribus. Ager tamen ab occidentali parte, qua Geerstlandiam spectat, paulum eleuari incipit, arenosus ibidem existens, lacus illi adiacet magnus, in quo est piscium omnis generis copia. Secatur in duas partes aqua profluente, quæ duobus pontibus coniungitur. Templum parochiale non habet, sed tantum sacellum, lacerum penè hac temporum tempestate & ruinam minitans, nisi in tempore fulciatur repareturq;. Paret autem parochialibus Ecclesiis duorum vicinorum pagorum: Id quod mirum plerisq; videbitur, cùm ciuitatis ius habens à proprio regatur magistratu, & non tantùm naturâ, sed operibus egregiè fuerit munitum quondam. Cunerus tamen Episcopus Leouardiensis, paucis ab hinc annis pastorem illi constituerat sacello in parochiale templum commutato. Tempore nouenalis belli (quo Geldri ante annos sexaginta cum Burgundis de principatu cõflictati sunt) perpetuò fuit in Geldrorum potestate, qui illud quasi ὁρμητήριον constituerant, ex quo excursiones fecerant & bella deriuârunt in alias ciuitates, munitaq; loca. Nam id primo aduentu occupârunt, indeque digressi plura tentarunt & assequuti sunt. Quin etiam

nouissimè cum vi & virtute Burgundiorum cæteris castris pagisq; excussi, pulsi atq; fugati essent, id tanquam asylum validum & firmum ad vltimum vsq; seruarunt, naturâ loci potissimum freti. Itaq; in eo factionis istius coryphæi antesignaniq; præcipuè obsessi sunt, obsidionemq; forti animo tolerarunt ad septimanas non paucas, nullam passi deditionis mentionem fieri, nisi prius egestate fameque compulsi. Nec fuit victoria ista Burgundionis incruenta, siquidem duo eorũ duces præcipui Georgius Schenck à Lautenberg, Frisiæ Gubernator, & Ioannes, Dominus Vasenatius copiarum præfectus, durante obsidione sub noctis crepusculum speculatum egressi, simul eodem tẽpore vulnerati sunt, quorum posterior paulò post deditum oppidulum Leouardiæ ex vulnere mortuus est, non sine Frisiorum mœrore. Inciderunt illa in annum Domini 1523. Vallo deinde disiecto æquatoq; solo absq; munimentis fuit vsq; ad annum 1582. quo Ordines illud rursus validè munierunt.

Ilsta. *Ilsta* quæ ab aliis *Iloſtum*, & in literis quibusdam antiquis manuscriptis *Iliacum* dicitur, vnius tantum horæ spatio à Sneca distans, in longum porrigitur ab Austro in Septentrionem, duabus constans plateis, quas aqua mediocris profunditatis intercurrit. Nulla re insignis nisi antiquitate. Nam nec vallum habet, nec munitiones, nec septimenta vlla. Fruitur tamen iure ciuitatis regiturque à proprio Senatu, habens ciuicam domum oppidorum instar; quocirca etiam optimo iure inter ciuitates numeratur. Multi excellenti doctrina viri hanc patriam originem decorarunt; quorum omnium accuratam enarratio-

nem

nem Suffridus Petri peculiari opere de illustribus Frisiæ scriptoribus dedit.

Bolsuardia vnico milliari à Sneca versus Septentrionem distat, à Leouardia verò tribus : Hanc esse vetustam & à multis annis fuisse celebrem satis præter alia argumenta & indicia attestatur hoc , quòd vnà cum egregiis maximeq; inclytis ciuitatibus emporalibus fœdere illo contineatur , quod Ausam Germanicã vulgò indigetant. Quocirca in Comitiorum consessibus & aliis conuentibus ciuitatum huius patrię, primo post Leouardiam censetur loco , & secundam obtinuit dignitatem. Ager circa eam planus , pascua habens læta, paulò celsior Snecano. Ipsum oppidum vallo firmo fossisq; profundis benè munitum est. Huius ciues & incolæ à multis annis multam exercuêre mercaturam apud exteros & maximè Orientales : inq; regnis Septentrionalibus nauibusq; onerariis eò vecti , quas ipsi suis impensis sumptibusq; inter sese communicatis absque aliorum ferè oppidanorum adiumento instruunt & adornant , commoditatem illis ad hoc suppeditante portu Maccumensi , qui vnico distat milliari ; itaque pecunioſi sunt vt plurimùm & locupletes. Ciuitatis status hactenus benè constitutus fuit. Nam præter religionem mediocriter (vt hæc fuerunt tempora) florentem & iustitiam sic satis cultam administratamq; ; pauperum etiam ibidem cura habetur diligens , erectis & constitutis in eum finem tribus ædibus amplis , iisdemque bene dotatis annuis prouentibus , quapropter nemo in eo habitans mendicatò viuere atq; ostiatim victum quærere facilè permittitur. Ortu hanc patriam illustrauit Suffridus Rudol-

Bolsuardia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

phus Stechenburgius, qui accuratam gentis Frisię historiam collegit. Petrus Iacobi Thaborita Mathematicus & Geometer insignis, qui historiam etiam Frisiam patrio sermone collegit, ab anno Domini 781, quo Christi fidem prouincia recepit vsque ad annum 1521. Et Franciscus Aduortensius Triumpho vir eruditus, & scriptis publicis clarus.

Stauria. *Stauria*, duobus à Sloteno miliaribus in ipso littore maris Australis in longum prouecta iacet, ad orientalem partem à mari auersam, qua terram spectat agrosq; vallũ habens & fossam, sed ea non magni momenti, nec ad auertendos hostiles insultus satis firma. Ager finitimus planus est, minimè altus, fossis multis paludibus intercisus. Emporium enim fuit opibus & auctoritate florens Ansæ Germanicæ membrum ita conspicuum, vt numeraretur inter principes istius fœderis ciuitates. Et licet ante annos multos rerum commutatione facta omnem amiserit splendorem antiquum, tamen fruitur apud exteros, præsertim in Gallia & maritimis Germaniæ orientalis ciuitatibus, priuilegiis multis: magnam fuisse eius vrbis amplitudinem, præter alia indicia & documenta euidenter ostendunt literarum instrumenta, quæ publicis etiamnum eius continentur archiuis. Pastorem habuit temporibus priscis S. Odolphum, cuius adhuc hodie venerabilis est apud Frisios & sancta memoria, cùm ob singularem vitæ sanctimoniam & Propheticum Spiritum, quo præditus fuit; tum vel maximè ob indefessum studium ac labores eius in propaganda asserendaq; Christiana religione. Hic monasterium insigne extrui fecit iuxta Fleuum fluuium:

cuius nullæ nunc extant reliquiæ, quæ ab oculis humanis conſpici poſſunt; ſalo non tantùm ipſum monaſterii ſolum, ſed omnem latè circa iacentem agrum fluctibus ſuis furentibus iam multos annos operiente. Abbas eius loci interitum futurum conſpicatus, cum ſuis religioſis Stauriam conceſſit, ædificato cœnobio in ſuburbio, & inde rurſus propter maris æſtum ad præpoſituram Himlum, monialibus quæ ibi erant, alio traductis. Hodie ciuitas nihil magnificum habet, præter arcem validam portui maris imminentem, cuius fundamenta iecit Georgius Schenck à Tautenburg Gubernator Friſiæ, nomine Caroli V. Imperatoris anno M.D.XXII. flagrante adhuc bello Geldrico, vt Burgundi haberent opportunitatem traiiciendi eò milites & cætera bello neceſſaria ex vicinis Hollandiæ ciuitatibus.

Harlinga longo à cæteris ciuitatibus maritimis ſpatio Septentrionem verſus ad fauces Auſtralis maris ſita eſt, non procul à Franicheria, à qua vnico tantum milliari diſtat, in tractu fertili, habente agros inſignes, non tantùm alendis pecoribus ſaginandiſq; propter paſcuorum vbertatem; verumetiam ſegetibus ferendis aptos, tritici inprimis hordeiq; & leguminum feraces. Sunt enim mediocriter alti, & plani quidem, ſed ita tamen, vt ſparſim multis in locis colliculi quidam amœni & fertiles quaſi protuberantes ſe eleuent. Arcem habet inſignem & valide contra hoſtiles inſultus munitam; vnà cum portu egregiè nauigantibus peropportuno, non tantùm propter amplitudinem & capacitatẽ, verùm etiam propter ipſum loci ſitum. Nam venientibus ex regnis Septentrionali- *Harlinga.*

bus

bus Frisiæ, & Germaniæ Orientalis maritimis ciuitatibus, omnium se primus offert, & tranquillam stationem præstat nauibus longa iactatione fessis. Quapropter plurimi loci commoditate allecti eò confluxerunt. Quorum cùm alii opificia exercerent, alii nauigationibus & mercaturæ vnà cum indigenis diligenter incumberent, oppidum vehementer auctum est hominum frequentia, opibus & ædificiorum splendore sita, vt de pomœriis eius extendendis proceres inciperent cogitare & agere. Fuit templum parochiale extra valli fossęq; ambitum vnà cum sacerdotum & multis aliorum domibus, quæ nocturnis temporibus occlusione portæ arcebantur ab ingressu oppidi. Nunc verò termini ita sunt promoti & extensi, vt illis omnibus vnà cum multis agris adiacentibus adsumptis intraq; vallum concluſis, oppidum duplo maius sit factum.

Hindelopia.

Hindelopia non longè à Stauria, promontorii instar, in mare protenditur, non fronte tantùm, sed lateribus etiam marinis fluctibus obiecta, earundemque infestationi exposita, quocirca vix ægrè ab interitu defenditur, aggeribus firmis latis ac altis, ad arcendam aquarum rabiem oppidumque cum adiacente agro contra earum impetus.

FLANDRIÆ COMITATVS.

Gandauum.

Gandauũ.

Gandauum vulgò Gent: Hanc ciuitatem ante Iulii Cæsaris aduentum Odueum, nonnulli alii Clarinam appellatam tradunt, ac deinceps Gaidam ab ædificio aut castro ibidem à Cæsare extructo. A Vandalis VVant nomen sortita est, id deinceps in Gand & Gend muratum est.

est. Ciuitas est, quoad situm, munitissima & perampla, ita vt inter maximas Europæ vrbes connumerari debeat.

Habet enim intra muros circuitũ 45640. pedum Romanorum, qui conficiunt milliaria Italica septem, Germanica verò $1\frac{2}{4}$. Insulæ habitatæ intra mœnia circiter 26. quas partim aluei fluminum, quibus rigatur vrbs, partim canales atque aquæductus manufacti efficiunt. Tribus fluminibus perluitur vrbs, Scaldi, Liza & Liuino, ac præter minores pontes innumeros sunt 98. sub quibus commodissimè Holcadibus ac nauigiis altis, quæ *Pleyten* illis dicuntur, quibus merces commeatusq; conuehuntur, transitus patet. Hæc ciuitas sub Constantino IIII. anno 661. à S. Amando Episcopo Tungrorum ad fidem Catholicam

conuersa. Locus natalis est Ferdinandi primi & Caroli Quinti.

Brugæ. *Brugæ*, vulgò **Brug**/ antiquis Fanum Mercurii. Hæc ciuitas olim splendore suo totam reliquam Flandriam obfuscauit, cùm portus mercatusq; (qui posteà Antuuerpiam translatus est) ibi vigeret, quo adempto iam in minore fortuna versatur, quamuis eodem nec dum prorsus sit spoliata. Lanarum etiam negotiationem cum ingenti fœnore retinet. At cùm tam celebris fuerit, portus tamen flumine nullo lambitur, verùm arte manuq; facto aquæductu seu canali largissimo capacissimoq; omnes eius territorii aquas singulari industria facilè vnum in locum colligunt, easq; pluribus fossis nauigalibus per vrbem ducũt, ac demum in alueum denuò reuocatas ad Damum oppidum, indeq; ad Catharactas **ter Sluysen** vocant, ibidem ad mare vsq; deducunt, vt naturale flumen videri queat, eique **Rey** nomen fecêre. Huic similem etiam paucis ab hinc annis alterum fecêre canalem nauium onerariarum capacissimum, quo marino æstu accedente in vrbem vsq; nauigia deduci queant, vbi admirandæ industriæ opus machinamq; ingeniosissimam videre est.

Ypra. *Ypra* à præterfluente torrente eiusdem nominis sic appellata dicitur; Hæc fundum solumq; habere dicitur plumbeum, ob infinitos canales plumbeos ibidem vndequaque insertos, vt commoditatem præstent maximam, singulis penè domibus ac vicis aquam largientes.

Insula. *Insula* vulgò **Rysset**/ ciuitas perpulchra & diues, mercatoribus locupletibus frequens, acopificum mechanico-

rum,

rum, textorum præcipuè ingens numerus, qui per omnem ferè orbem merces mittunt varias.

Duacum vulgò Douay ad Scarpam fluuium situm, qui vrbem in plures secat partes, oppidum munitum ac diues. Fontium scaturigines limpidissimas habet, ædificiis fortibus quidem sed antiquis extructa. Incolæ frumenti mercatura diuites euadunt. Paucis ab hinc annis à Philippo Rege Hispaniarum obtinuit vniuersale studium, scholamq; celebrem pulcherrimis priuilegiis ornatam. *Duacum.*

Cameracum vulgò *Cambray*, Flandris Camerick dicitur: Est autem Antenino vrbs ampla, elegans & munita ad Scaldim, qui per medium eius labitur, posita, septem milliaribus distans Valecenis. Arcem habet pulchram & validam à Carolo V. constructam in montis vertice, vbi S. Gaugericus Episcopus Cameracensis & confessor, Euosio oppido Galliarum oriundus, quod nunc Euodium dicitur, Basilicam ad honorem Dei titulo & nomine S. Medardi fundârat. Vnde Canonici S. Gaugerici cùm cogerentur templum suum deserere, receperũt se in parochialem Ecclesiam S. Vedasti, vbi in magnifico Choro, quem extruxerunt, corpus S. Gaugerici reposuerunt; atque ita Ecclesia S. Vedasti, dicitur etiam Ecclesia S. Gaugerici. Ædificia domorum priuatarum hic elegantia, templa & monasteria miræ structuræ, sed maximè admiranda vetus & sumptuosa D. Virginis Basilica, quæ est Ecclesia cathedralis & Episcopalis eius loci; cuius iurisdictio & diœcesis latissimè & in varios tractus se extendit. Vrbs opulenta est, mercatoribus & operariis mechanicis frequens, qui diuersi generis merces & præcipuè tenuiores lineas te- *Camera-cum.*

las magno numero conficiunt, quæ à loco appellationem habent, & variis remotiſq; in partibus diſtrahuntur. Ius habet Caſtellaniæ, egregiamq; iuriſdictionem & dominium, quod peculiari nomine Cambreſium dicitur, in quo pagi ſunt complures, & loca non exigui momenti. Porrò antiquiſſima eſt Epiſcopalis ſedes, in qua ab ipſo Wandalorum tempore primus ille præfuit Epiſcopus Diogenes Martyr, omni virtutum ſanctitatiſq; genere ornatiſſimus præſul. Et anno D. XCV. eidem præerat S. Gaugericus, qui paſtor fuit huius ſedis ordine quintus: quam eandem diuerſis temporibus & doctrinæ ſanctitate præcellentes admodum Viri exornarunt. Inter quos Petrus de Aliaco Pariſienſis quondam Gymnaſii Cancellarius, inde Cameracenſium Antiſtes & demum Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, præceptor Ioannis Gerſonis multorum auctor operum, quæ Geſnerus in ſua Bibliotheca, quemadmodum Odonis Epiſcopi Cameracenſis latè recenſet. Mortuus anno M. CCCC. XVI. Hanc vrbis hiſtoriam cùm Guicciardinus conſcriberet, Cameracenſis erat Epiſcopus, Maximilianus illuſtri proſapia de Berges oriundus, cui poſteà ſucceſſit D. Ludouicus de Berlamont, vir omnem ordinem gradumq; honoris & dignitatis meritus. Hi Epiſcopi politici ſimul & Eccleſiaſtici ſunt domini, titulo Duces, & Romani Imperii Principes. Hæc vrbs prima fuit à Clodio Comato Francorum rege occupata, cum in Galliam & Belgicam tranſiret, anno CCCC. XLV. longo tempore poſtquam Dani illam exuſſiſſent, atq; vnà ſumptuoſum monaſterium & pulchrum templum S. Gaugerii: Reſtaurata autem & integritati reſtituta, Hannoniæ Comitatu

com-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

comprehensa fuit. Posteà verò Imperatores Germani ab hoc domino separantes ciuitatem, liberam & Imperialem fecêre. Capta etiam & occupata fuit à strenuo Flandriæ Comite Balduino Benigno, durante bello, quod ipse & Dux Lotharingiæ Godefridus gessêre cum Imperatore Henrico eius nominis III. cui illam posteà ex inito pacto tradidit. Tandem ab Henrico V. comissa fuit custodiæ & protectioni Roberti (tanquam Principis Alostani) cognomento Hierosolymitani, Comitis Flandriæ, qui primus eius pro se suisq; protector fuit. Deinde prælatio hæc & eminentia confirmata fuit Flandriæ Comitibus ab Imperatore Friderico, anno M.C.LXIV. Theodoro Alsato Flandriam gubernante; nihilominùs Franci semper lites mouerunt iusq; prætenderunt in hanc dignitatem, quae etiam frequenter potiti, egregiè eandem defenderũt. Sicut & fecêre tempore Philippi Valesii, quo hæc ciuitas obsidione cingebatur ab Imperatore Ludouico Bauaro & Edoardo III. eius nominis Rege Angliæ, contra Francos confœderatis, quam tamen non potuêre viribus quantumuis magnis expugnare. Hæc bella longo pòst tempore inter Imperatores Germanos & Franciæ reges vario successu continuata fuerant. Porrò quod memoriæ recentioris est, Maximilianus Austriacus Romanorum Rex & Ludouicus XI. in Francia regnans, cùm crudele inter sese bellum gererent: Cameracenses malè habiti à Francis præsidia sua eiiciebant, militemq; Imperialem recipiebant: idem fiebat à Bouchonensibus; quomodo & Imperator recipiebat Quercetum, aliaq; loca vicina à Francis occupata. Et licet Cameracum esset sub protectione Flandri,

neutris tamen adhærebat, ſuis legibus, priuilegiis & antiquis conſuetudinibus fruens adeò, vt durantibus inter Francos & Burgundiones bellis, ne ab vno quidem moleſtaretur, quin potius nunc ab his modò ab illis frequentabatur, vtriuſq; partis ſummam amicitiam experiens, vſque adeò, vt hæc ciuitas fuerit ſæpe is locus, in quo conuentus & colloquia pacis inter prædictos Principes habita ſunt. Cæterùm cùm Imperatori Carolo V. de certis quibuſdam Francorum tranſactionibus, cùm eſſet Landreſii, oriretur ſuſpicio, anno M. C. XLIII. ſimulatq; inde receſſiſſent, Cameracum cum ſuo exercitu ingreſſus eſt, & prætextu ſecuram reddendi muniendiq; ciuitatẽ contra hoſtem, aut potius vt tutò ſtatum ſuum illic congregaret, caſtrum ibi munitum extrui curauit, vt ſuperius diximus, priuilegiis & immunitatibus vrbanis & per omnia ſaluis. Quum verò anno M. D. LIII. Henricus eius nominis I. Rex Franciæ ad loca Cameraco vicina veniret, eamq; vrbem ſibi deuincere conaretur, reinfecta, hoſtem declarauit, nihil vlteriùs, quod illi damno aut detrimento eſſe poſſet, aggrediens. Cæterum tum pleriq; anno M. D. LXXX. ex Belgis, rebus Gallicis nimium ſtudioſi, Belgicas prouincias ad Gallos transferre conabantur. Inter hos luſtus Regulus Cameracenſis vrbis ac Diœceſeos præfectus, qui Cameracum Alenconii præſidiis tradidit, ciuibus & Eccleſiaſticis, qui in eius verba iurare nollent, (inter quos primus Epiſcopus) hoſtiliter exactis.

Tornacũ. *Tornacum* vulgò *Tournay*, Belgis Dornick / ampliſſima & florentiſſima ciuitas ſemper fuit, variis mercemoniis & negotiationibus abundans, miri ingenii alens artifices

fices, qui quotidiè nouas mercium excogitant formas, adeò, vt si quædam mercium species in desuetudinem abierint; nouis quæ iam in vsu & gratæ sunt, excogitatis, nũquam desint, quo plebs pauperior artificio nouo victum sibi quærat. Vnde mirandum non est, quod Tornacum tot hostium incursiones & rerum mutationes diuersis temporibus passa, paucis annis post singulas mutationes pristinum decus facilè recuperauerit, potens est non solũ ciuium opulentia, sed ipsius etiam communitatis potentia, quæ bona maxima & census annuos præ cæteris Belgii ciuitatibus possidet ac merum imperium, quod Altam Iustitiam vocant, suumq; magistratum habet exercetq;, excluso Regis officiato. Ædificia habet plurima, multa antiquissima & ad eam formam, qua maior ædificiorum pars Coloniæ Agrippinę cõspicitur, & putantur à Romanis ad eam rationem restituta. Insignem habet Ecclesiæ Cathedralis Basilicam, in meditullio quasi sitam, D. Virgini Mariæ sacram, quinque præaltis turribus, formam crucis Burgundicæ referentem. Cuius chorus præ ceteris aliarum Ecclesiarum Cathedralium Prouinciæ Rhemensis, imò totius Belgii meritò laudatur, cùm ab amplitudine, tum à summa *fornicis* eleuatione & lucis claritate. Officium diuinum nusquam ferè solennius atque accuratius peragitur, honestissimis ab antiquo seruatis ceremoniis. Sunt in ea tres & quadraginta Canonicatus & præbendæ honestæ sustentationi sufficientes, præter tres præcipuas & aliquot minores dignitates. Sunt quinquaginta & plures Capellani & duodecim Canonicorũ Vicarii. Sunt Ecclesiæ parochiales decem & septem, quarum nouem ci-

tra Schaldim Diœceſis Tornacenſis, reliquæ tres vltra Schaldim Diœceſis ſunt Cameracenſis. Is enim fluuius vtramq; Diœceſin diuidit. Gens religioni pietatiq; Chriſtianæ dedita: argumento ſunt tot animularum pientiſſimarum habitationes, conuentus & fundationes, quibus omnis ætatis ſexus & conditionis hominibus miſericordiæ pietatiſq; officia exhibentur virginibus, viduis, orphanis, peregrinis, emeritis Dei miniſtris, & quouis morborum genere adfectis: tanta eſt hæc ciuitas, vt cum continentibus ædificiis & loco iuriſdictionis proprio per ſe conſtituat vnam prouinciam Belgii, quæ vocé ſemper habuit in conuentu ordinum & prouinciarũ Belgii, non minus ac Brabantia ipſa Flandriaq; & aliæ maiores prouinciæ. Aer illic ſalubris atque ſubtilis. Ager circum vicinis pratis nemoribuſq; abundans, gleba eſt fertili, tritico quippe ferendo longè fœcundiſſimus. Non ſunt illic paludes, non aquæ ſtagnantes, nullæ mirices aut terræ ſteriles; atq; ideò, quamuis non latè ſe extendat illius territorium, magni tamen eam principes fecêre viri, vt his noſtris temporibus Princeps Parmenſis, qui domicilium in ea ſibi delegerit. Diſtat Atrebato Arteſiorum Metropoli XIV. leucis, Cameraco totidem, Gandauo XII. Hannoniæ montibus IX. Duaco VIII. Inſula & Cortiaco V. Tornacum in Regum Francorum poteſtate fuit vſq; ad annum M.D.XIII. quo Henricus VIII. Angliæ Rex poſt aliquot menſium obſidionem eam ſui iuris fecit, qui anno M.D.XVIII. Franciſco Francorum Regi eius nominis I. certis pactis & conditionibus eandem reſtituit, ac demum anno M.D. XXI. ab exercitu Caroli V. Imperatoris (vti Flandriæ Comitis)

mitis) imperatum facere coacta, Flandriæ rursum asserta est. Nũc hereditaria successione in Philippi Regis Catholici obedientia versatur.

Aloſtum.

Aloſtum ciuitas ampla, munita, opportuno loco sita ad fluuium Teneram, vulgo Dender / II. milliaribus Teneramunda, V. Gandauo, IIII. Bruxella, & VI. Mechlinea distans: mercatu floret, & potissimùm negotiatione lupuli, vnde Alosti incolæ quæstum haud pœnitendum faciunt. Fuit autem castellum primùm, quod temporis successu in elegantem vrbem excreuit, distinctum plateis, ornatum Ecclesiis, murorum & aquarum ambitu multisq; propugnaculis valide munitum. Est in ea collegiata Canonicorũ Ecclesia D. Martino sacra, eleganti structura inchoata. Sunt & Cœnobiticæ Societates ibidem, diuersi sexus variæ, vt Carmelitarum, Guilhelmitanorum, sororum Grisearum, (quas vocant) nigrarum & Beginagium. Est & misericordiæ pietatisq; officina, Xenodochium, Domus Senatoria perampla, forum spacioſum, nundinis hebdomalibus celebre. Subditos autem habet CLXX. pagos, dominaturq; & extenditur hæc ditio vsq; ad muros ciuitatis Gandensis, portas Aldenardi & intra suburbia ciuitatis Teneramundæ. Continet præterea Aloſtense territorium duos principatus, videlicet Stenhausensem, & Gauerensem. Quin & ambitu suo Aloſtense territorium aliquot Baronatus comprehendit, vt Lychẽse, Neyghem, Sottoghem, Oscorisse & alios; hoc autem Comitatus titulo, quo Aloſtensis ditio est ornata, salutatur Philippus Hispaniarũ Rex, ibidemque inauguratus est, præstito solennĩ iuramento. Huic comitatui coniunctũ

est territorium Wasiæ & complures pagi, nec non quatuor officia, vulgò **vier Ambachten:** quo nomine quatuor appellantur oppida, vt sunt **Hulst/ Axele/ Bouchouten/** Assenet; ad quæ quidem quatuor officia respectiuè nonnullæ iurisdictiones & ditiones spectant. Et quia vicini sunt mari, in iis passim sal prius crudum nitore præstans (quemadmodum in Zelandia) conficitur. Porrò vt hæc Flandriæ portio omnium fertilissima habetur, ita & in ea Alostum excellentium ingeniorum semper patria & genetrix, quidum non domesticis tantùm, sed & exteris innotuerunt, Alosto splendori & ornamento fuêre. Hos inter Cornelius Scribonius Graphæus non vltimam laudem meretur (cuius perhonorificam mentionem Guiciardinus frequẽter facit) qui apud Antuuerpienses Secretariatus officio magnificè præfuit, & in eruditorum ordine à Philippo Gallæo Celte depictus, à Benedicto Ario Montano tali carmine decoratur:

Magne tuum celebrat Corneli Antuuerpia nomen,
Tradit & innumeris, quos habet, hospitibus.
Te ciuem canit illa, pium fidumq; ministrum,
Scribere qui benè scis, publica qui gerere.

Est & Alostensis Nicolaus Stopius, vir literatissimus & plurimorum auctor operum. Sed & Arnoldus Mermannus Alostensis scriptor est, & historicus summus, quod illo sanè tractatu, palam & probatum fecit, quem de omnium gentium conuersione edidit, in quo velut in Theatro aut Scena proponit, quib. Apostolis, Apostolicísue viris, quibus Pontificibus Maximis, quibus Imperatoribus seu Regibus, seu Principib. prouinciæ quæq; ac populi ad Chri-

stianam

ſtanam religionem, verumq; Dei cultum, abdicata ſuperſtitione, venerint. Itaque huic operi conuenientem titulum fecit, Theatrum conuerſionis gentium. Idem etiam Chronicon atque annales promittit, quibus demonſtret, quando & quo tempore hi atque illi populi à catholica Chriſti fide defecerint. Maiorem quoque in modum hæc patria ortu Petri Aloſtani pictoris & architecti omnium excellentiſſimi decoratur, cuius varia extant ſummi ingenii monumenta, vertit ex Italico in Gallicum & Teutonicum, ſeu Belgicum ſermonem librum de Architectura Sebaſtiani Serlii, cum, qui eſt de quinq; columnarum ordinibus & aliorum membrorum ſiue ornamentorum, Etruſco, Dorico, Ionico, Corynthio, Compoſito. Extant enim quinq; libri Serlii de Architectura, licet ſeptem quã doq; promiſerit. Edidit inſuper Petrus Aloſtanus Etypa ſanè viſenda de vita & moribus Turcarum, quæ Conſtantinopoli obſeruauit. Quin imò Solimãnus ab eo ad viuum ſe depingi curauit, deinde eum de manu ſua annulo, gemma, equis, veſtibus, auro & ſeruis regia munificentia auctum honorificè dimiſit, quæ Bruxellæ deinde in annuas penſiones conuertit. Dominicus Lamſonius, dum celebriores Belgas pictores carmine commendat, ita Petri Aloſtani commeminit:

Pictor eras; nec eras tantum, Petre, pictor, Aloſtum
Qui facis hac orbi notius arte tuum.
Multa ſed acceſſit, multa ars tibi parta labore,
Cuius opus pulchras ædificare domus.
Serlius hanc Italos, tu Serli deinde bilinguis
Interpres, Belgas Francigenaſq; doces.

BRABANTIÆ DVCATVS.

Louanium.

Louaniū.

Louanium vulgò Löuen / ciuitas antiqua, quæ etiam ante Iulii Cæsaris tempora ciuitas fuit cincta; posteà verò aucta, vt hoc tempore intra mœnia in circuitu habeat quatuor milliaria Italica. Templo ornari solebat artificiosissimè extructo & D. Petro dicato. Verùm id hoc tempore ruinam minatur, imò ex vno latere turris ipsa collapsa est. Ciuica domus non minori artificio constructa est, quæ pluribus artificibus sæpè materiam admirationis præbuit. Castrum monte situm incolis non exiguam præbet voluptatem: Hoc à Iulio Cæsare extructum dicitur. Ciuitas præterea intra sua mœnia continet prata de-

ambu-

ambulationi aptiſſima, ſyluulas,arua, variiq; generis oblectamenta. Fluuio irrigatur Dila vocato, qui plurimos in ciuitate gyros efficit, vnde incolis non exigua commoditas. Vniuerſitas quoque ibi toto orbe celeberrima à Ioanne Brabantiæ Duce extructa, atq; pluribus iiſque excellentiſſimis priuilegiis exornata.

Antuuerpia.

Antuuerpia, vulgò Antwerpen / Germanis Andorff / Gallis *Anuers*, ciuitas ampla magnaq; posita ad Scaldim fluuium, ita vt è portu etiam altiſſimarum nauium plana via ingreſſus pateat. Continet templa inſignia plurima, inter quæ pulcherrimum eſt D. Mariæ templum ornatum turri excelſo ex albo marmore extructa. Domus ciuicaex- *Antuuerpia.*

cellens fuit anteà, verùm poſt incendium denuò multò extructa magnificentiùs: Palatia inſignia: domuſque tam publicas quàm priuatas ibi videre eſt affabrè extructas; canales quoque in ciuitate habet inſignes, quæ mediocres naues in ciuitatem admittunt. Anno M. D. LXVII. muris cingi cœpta eſt fortiſſimis, foſſiſq; tum profundiſſimis tum latiſſimis. Emporium quoq; eſt variarum mercium tum ad vitæ vſum neceſſariarũ, tum ad ſplendorem pertinentium celeberrimum, quo mercaturæ gratia ſeſe conferre ſolebant Germani, Galli, Itali, Hiſpani, Angli, Dani, Suueci, aliæq; nationes, etiam fixis ibi ſedibus. Hodiè obinteſtina bella non parùm ab ea flore receſſit.

Buſcum-Ducum.

Buſcum-Ducum ſeu *Sylua Ducis*, vulgò **Hertzogenbuſch**/vna ex quatuor Brabantiæ ciuitatibus præcipuis, nomen habet ab amœniſſima ſylua Ducum Brabantiæ, ſita propè riuulum, multis vtilitatibus oppidanis commendatum de Eſe. Diſtat à Moſa ſpacio duorum milliarium, à Rauenſteinio quatuor, Antuuerpia autem duodecim. Eccleſiam habet primariam valdè elegantem, D. Ioanni ſacram, quæ noſtris temporibus in Cathedralem eſt euecta, anno nimirum M. D. LIX. ſub Paulo IIII. Pontifice. Vrbs ipſa validè munita, non tantùm murorum, aquarum & foſſarum ambitu, vallis, propugnaculis & mœniis, ſed mutuò etiam animorum & eiuſdem auitæ catholicæ religionis conſenſu firmiſſima eſt. Quare inter magnas, pulchras, fortes, populoſas & opulentas Brabantiæ ciuitates numeratur; Hæc quatuor haud contemnenda membra ſub iuriſdictione ſua continet, Campiniam videlicet, Peelandiam, Maſelandiam & Oſteruicum. Buſcoducenſes

porrò

porrò ingenio sunt comi, blando, ciuili, ad commercia, negociationes & opificia idoneo: Teleficio sanè præstant, ita, vt hîc annuè tantum conficiantur telæ, quantum ducentorum coronatorum millibus vendi possit. Ad quod quidem opificii genus aquæ vicinæ multum conducunt, quibus secreto quodam naturæ beneficio proprium est, vt magis albifaciant, quàm vbiuis vllæ aquæ aliæ. Commendatur etiam singularis hîc cultrariorum industria, suntq; acus & aciculæ tanta præstantia & multitudine, vt per vniuersum orbem exportentur. Et licet incolæ ciuiles satis & negotiationi dediti, genioq; hilari, tamen plus antiquæ & Belgicæ fortitudinis retinuerunt. Hi enim sunt, qui toties negociũ faceſſebant Iulio Cæsari, priusquã in officio retineri possent, qui postquam in deditionem eius venerant, a armis iam omnibus exuti & spoliati viderentur, tantam sibi armorum & lancearum copiam clã reseruârant, vt vel fossas ciuitatis iis implere potuissent. Hi sunt, quorum arma non semel sensêre Geldri. Hi sunt, quos Belgicis turbis Regiæ maiestatis aduersarii in Belgio irrito conatu sæpè tentârunt.

Lyra nitidissimum peramœnæ Brabantiæ Episcopatus Antuuerpiani oppidum, tam loci naturâ, quàm arte & opere munitissimum, & maximè hisce intestinorum motuum temporibus, partim ab Hispanis, partim ab aliis, qui eius possessores fuêre, nouis motibus & propugnaculis, vallis & fossis multò magis firmatum est, vt validissimis Brabantiæ ciuitatibus nunc merito annumeretur. Duobus Antuuerpia, & totidem ferè Mechlina milliaribus distans ad Nelam fluuium; situ tam commodo existit, vt vi- *Lyra.*

cinis

cinis Antuuerpianis, Mechlinenſibus & Bruxelenſibus propitia plurimum commodare: offenſa non minùs incommodare poſſit: quod noſtra memoria vidimus. Ciuitas eſt apprimè elegans & amœna, adeò, vt à nobilibus & mercatoribus, quos opum affluentia ita beauit, vt à negociatione abſtinere, & à curis & hominum turba remoti, pacatam vitam degere velint, ocii & quietis domicilium vt plurimùm deligatur. In hac habitatores alit natura ad humanitatem, ciuilitatem & benignitatem factos, creſcit, que in dies, & augetur acceſſione nouorum ædificiorum, incolarum & facultatum, ratione vicini Antuuerpiani emporii. Nomen habet (ſi Becano credimus) ab honore & principatu populi, eò quod Dornenſes prima appellatione non Antuuerpiam, ſed Lyram euocentur, atque inde tandem Antuuerpiam. Nundinæ hic ſunt celebres boariæ, vnde opulentiſſimi ſunt ciues, celebranturq; hebdomadatim à feſto natiuitatis S. Ioānis Baptiſtæ vſq; ad S. Martini menſe Nouembri, quo tempore tantus ibi boum mercatus, negotiatioque ac diſtractio tam frequens, vt fidem excedere videatur, hodieq; abundat laniſicio & aliorum opificum mercibus, quin & triuialibus ſcholis & optima primarum artium traditione, pacis tempore præſtare ſemper ſolebat. Forum exhibet tam amplum & elegantiſſimorum ædificiorum nitore circundatum, vt hoc nomine cum omnibus totius Brabantiæ ciuitatibus certare queat. Habet inter alia monaſteria celebrem Carthuſianorum eremum, Antuuerpia, tempore Martini Roſſenii huc translatum. Magnificam etiam Eccleſiam

collegia-

collegiatam, quæ in hiſtoriis monaſterium dicitur, Diuo Gummaro ſacrum.

Mechlinia.

Mechlinia vulgò Mechel/pulcherrima & nitidiſſima ciuitas Brabantiæ, mediũ ferè locum inter præcipuas ciuitates Brabantiæ occupat: diſtat namque milliaribus quatuor Antuuerpia, Louanio, & Bruxella. Sedes eſt Archiepiſcopalis variis priuilegiis & immunitatibus præ reliquis omnibus Brabantiæ ciuitatibus à Carolo Duce Brabantiæ ornata; quod incolæ anno M. CCCC. LXXV. in obſidione ciuitatis Neus propè Coloniam pecunia & ope fideliter Duce ſuo ſuccurrerint: vti adhuc teſtantur verſus arte Domui ciuicæ inſcripti. *Cladem ingentem paſſa eſt hæc ciuitas anno 1546. die 7. Auguſti.* Porta namque quæ vulgò dicitur de Sandt Porte/ in qua circiter 80. vaſa pulueris bombardacei reſeruabantur, de Cælo tacta, oppidum ferè totum frequenti incolarum numero, maximo affecit incommodo. Hoc verò belli tempore multò maiora ſuſtulit. Ædificia habet cùm priuata, tum publica præcellenti apparatu conſtructa. Vrbs hæc Concilio Regio (quod Parlamentum vocant) inſignis, à Carolo Burgundo eius Duce inſtituto, anno Chriſti M.CCCC. LXXIII. Vniuerſitas quoque ibi toto orbe celeberrima olim fuit, vt etiam Domicilium Muſarum nuncupatum fuerit. Guicciardinus Florentinus Italus in Belgiæ deſcriptione, vt & Michael Neander teſtantur, aliquando IX. filios Regum diuerſorum, XXIIII. Principũ, XXIX. Comitum, eodem tempore operam literis hoc in loco dediſſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bruxella.

Bruxella vulgò Brüſſel: Ciuitas hæc intra mœnia continet mõtes & colles, atque etiam loca plana. In hac palatium eſt Regis Hiſpaniarum atque plurimorum aliorum Ducum, Comitum, Equitum aurei Velleris. Hîc eſt cancellaria Brabantiæ, conſiliumq; Regium. Incolæ incredibili ſumptu canalẽ extruxerunt longitudinis quinque milliarium à ciuitate ad mare, mercibus hominibuſque vehendis aptum, quem inchoarunt anno M. D. L. perfeceruntanno M. D. LXI.

Bruxella.

LEODIENSIS DIOECESIS.

Leodium.

Leodium vulgò *Liege*/quasi Legio, à Legione, quam eò Iulius Cæsar miserat, cæsa, nomen sumpsisse putat Hubertus Thomas: Alii à fluuio quodam, qui Leodii influit in Mosam, dictum putant. Nobilis, vetus & ampla ciuitas est, olim insigni Academia celebris, vt aliquando simul ibi literis operam dederint octo filii diuersorum Regum, præter alios Principes quàm plurimos. Sita est ciuitas intra montes celsissimos, in amœnissima quadam valle. Mosa fluuio perluitur; is duobus ramis in vrbem ingressus in compluscula insulas elegantissimas ciuitatẽ dispescit, ibidemq; præter Legiam tribus pulcherrimis amni-

Leodium.

bus augetur, Vta, Veſa & Ambluaro. Abundat vrbs hæc fontium perennium ſcaturigine perpetua, complures enim domus inueniuntur, tribus aquarum viuentium fõtibus ornatæ. Continet ciuitas complexu ſuo montes altos valdè, valles profundas, torrentes compluſculos, vineta non pauca. Ædificiis conſtat lapideis pulcherrimis, palatium habet Epiſcopale magnificentiſſimum, collegia, monaſteria ac hoſpitalia permulta, templa tum in vrbe, tum in ſuburbiis vltra centum. Ciuitas hoc tempore eſt populoſiſſima.

Tungrorum.

Tungrorum, ciuitas nobiliſſima ab Attila Hunnorum Rege funditùs euerſa deſtructaq; fuit, præter cætera inſignia magnificaq; ædificia, vltra centum templorum ruinas videre erat: vnde eius amplitudo facilè colligitur. Poſtmodum tempore Caroli Calui Imperatoris denuò à Nordmannis exciſa ſpoliataq; fuit: ſicq; ex potentiſſima ampliſſimaque ciuitate in imbecillum & exiguum euaſit oppidulum.

Horum.

Horum, ciuitas olim famoſa, ampla potenſq;, authoribus nonnullis Benefacta appellabatur. Vocatur autem *Hu* vel *Hoy* à torrente quodam impetuoſo ibidem in Moſam influente. Moſa porrò ciuitatem in duas partes diuidit, priuilegiis inter ſeſe differentes. Templum collegiatum S. Mariæ, atque caſtrum fortiſſimum ex duro lapide conſtructum in rupe, ciuitatem hanc valdè exornat. Paucis ab hinc annis videre erat eam ſplendoris antiqui propter crebras euerſiones à Barbaris nationibus perpeſſas vix quicquam retinentem: Hodie incolarum atque aliorum eò confluentium induſtriâ, nec non magiſtratus

dili-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diligentiâ iterum emergere nititur, eoq; peruenit, vt vltra non vulgares Belgii ciuitates caput efferre censeatur. Ex mineris circa ciuitatem repertis plurimum ibi conficitur ferri, quod in omnes oras Belgii distrahitur. Molendina plurima non ferri modò sed & chartæ ibi videre est, vnde non parum incolis accedit lucri.

Dinantum, ad Mosæ fluuii ripam dextram situm, ciuitas olim negotiationi ac mercaturæ dedita ac nobilis; verùm crebris incursionibus ac bellorum tumultibus fatigata, ad inferiorem nunc fortunam redacta est. *Dinantũ.*

Traiectum ad Mosam vulgò Masericht / ciuitas valdè munita: clauis Brabantiæ: huius semissis agnoscit superiorem Episcopum Leodiensem, altera pars Regem Catholicum. *Traiectũ.*

AQVISGRANENSE TERRITORIVM.

Aquisgranum.

Aquisgranum, vulgò Aken / Germanis Aaach / nomen sumpsit à fundatore Grano Imperatoris Neronis fratre, atq; ab aquis calidis siue thermis, in plano campo ibi repertis: vnde Aquisgranum idem significare videtur, quod Aquæ Grani, quod nimirum Granus secus thermas illas nobile magnificumque extruxit ædificium: vnde Ligurin. lib. 1. *Aquisgranum.*

——— *peruenit ad illum*
Vsq; locum, cui nomen Aquis posuêre priores.

Posteà ab Attila Hunnorum Rege miserè olim vastata, ac grauia perpessa; à Carolo verò Magno Imperatore non solum restaurata, sed & ampliata auctaq; omnibusq; mo-

dis nobilitata ac ornata est, constituens eam cis Alpes Imperii, Regniq; Gallici primariam sedem, ac perpetua lege



ordinans Romanos Reges electos designatosq; in ea vrbe corona ferrea, Mediolani argentea, Romæ aurea coronandos. Idem Imperator reduxit ciuitatem hanc ad fidem Christianam, extruxitq; insigne illud Templum auro, argentoq; ornatum: præterea & palatium insigne, quod anno D.CCC.LXXXI. à Nortmannis exustum est, illæso omninò templo. Obiit quoque hîc Carolus Magnus, sepultusq; in templo S.Mariæ, de quo templo ita canit Celtes lib. 3. Amor.

Quaq; patent celsæ genitricis templa Tonantis,
Sanctius in nostro quêis nihil orbe micat.

Epita

Epitaphium Caroli Magni est tale: SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI MAGNI ATQVE ORTHODOXI IMP. QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVI. FELICITER TENVIT. DECESSIT SEPTVAGENARIVS, ANNO DOMINI D. CCC. XIIII. INDICTIONE VII. V. KAL. FEBR.

Vrbs est nobilissima, aëre fruitur saluberrimo, agroque gaudet circum circa pulcherrimo, quanquam quoad ædificia habitationesque attinet, nequaquam veteri famæ, nobilitati, splendoriq; respondeat. Balnea thermasque tam inter vrbis mœnia, quàm extra, è terra erumpentibus aquis naturâ calidis habet, multis diuersisq; morbis apprimè vtiles.

GELDRIA.

Nouiomagus vulgò Nieumegen. Ciuitas sita ad sinistram ripam Rheni ostii, cui Vahali nomen est, quod ibidem latissimum habet & profundissimum alueum, ac eousque velis vtuntur nauigia, quæ ex Hollandia aduerso fluuio contendunt; quod si inde vlteriùs progredi nauigio libuerit, trahantur oportet. Ciuitas est præpotens, fortis, populosa, munitissima, ac opibus abundans, cuius pars inferior flumini imminens Hessi mons dicitur, ab Hessio Batonis filio. Locus prospectum exhibet amplum, amœnum. Cudit monetam. Ciuitas Imperialis est, verùm Imperio nulla alia in re subiecta, quàm vt in eius agnitionis testimonium quotannis tributi nomine mittat Aquisgranum, chirothecam puluere bombardico impletam. Dici-

Nouiomagus.

tur

tur CCC.LXXXII. annis ante Christi natiuitatem à Sycambris condita.

Ruremũda. *Ruremunda* ad Ruræ fluuii ostium sita, vbi Mosæ miscetur. Ciuitas habitatore frequens, situ, naturâ arteque munita.

Zutfanium. *Zutfanium* vulgò **Zutfen**/ à paludibus, quas **Venen** Geldri vocant, dicta; sita est ad Isalæ fluuii ripam. Dignitatem habet Comitatus. Ciuitas est populosa aç diues situ, & arte firma, quam **Berckel** fluuius perfluit, & Isalæ ibidem miscetur: Sesquimilliario abest Duisburgo, Canonicorum collegio insigni, in quo & Præpositus atque Decanus, quorum ille quondam Abbatis, hîc verò Prioris, quando Canonici viuebant canonicè, vices obibat. Vbi inter cæteros quoque præstantes dignitate viros Ioannes Vorthusius vixit Præpositus Dauentriensis, vir egregiè doctus, & mirus antiquitatis indagator, qui pulcherrimum illud opus, Phœnix inscriptum, in lucem edidit; Prodiit hîc itidem Gerhardus ille celeberrimus Gymnasii Agripinensis Professor, sacrarum legum Doctor, Orator & Poëta præcelebris, qui eruditissimis lucubrationibus posteritati nomen sibi illustre reddidit. Ecclesia summa est D. Walburgi dedicata, elegans, sumptuosa, peruetustæ structuræ & artificii: & quidem obscura, vt solent prima fundatione, dum templa excitarentur, ac Religio Christiana, pietasq; exordium sumerent. Comitatus insuper dignitatem Zutfanium obtinet, à quo Rex Hispaniarum Philippus cum cæteris quoq; dignitatum elogiis, titulum obtinet.

Arnhemium. *Arnhemium* vulgò **Arnheim**/ in dextri Rheni ostii dextra ripa situm est.

TRANS-

TRANSISSALANA REGIO.

Dauentria, caput est Transissalanæ regionis, ad dexteram Isalæ ripam, ciuitas ampla, nobilisq; sumptuosissimis ædificiis ornata, ac populosa, eius incolæ humani ac hospitales. *Dauentria.*

Suuol, Imperialis ciuitas sita ad Aam fluuium, vbi mox Vidro iungitur. *Suuol.*

Campena hisce annumeratur, licet in læua Isalæ ripa sita sit, circa eius fluuii ostia, quibus sinui maris Australis iungitur. *Campena*

CLIVIÆ DVCATVS.

Cliuium prouinciæ caput est, dictum aliquibus videtur à colle, Belgis Clef/ in quo sita est: Robertus Cænalis quasi Clauenses dictos existimat, quod clauas gestarent iussu Rudolphi. *Cliuium.*

VVesalia inferior vulgò Wesel/ vrbs ducatus Cliuensis elegans, munita & populosa, aquis, propugnaculis, & valido murorum ambitu adeò instructa, magnos vt incolis spiritus gignat, situ ad negociationem opportuno excellit, vnde magnis & operosis ædificiis, opum affluentia, mercatura celebri, cæterisque fortunæ bonis, nostra memoria, mirandum in modum excreuit, felicior, si non tam variis peregrinarum Religionum opinionibus dissecta foret: Ad alterius superioris differentiam, quæ in sinistro Rheni latere sita est, Wesalia est dicta inferior. Et præterfluente Lippia fluuio commoditates haud pœnitendas percipit, qui sinistrum eius latus abluens, statim Rheno consociatur: *VVesalia.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IVLIÆ DVCATVS.

Iuliacum. *Iuliacum* vulgò Gulich/à Iulio Brabone, vt creditur, ædificatum. Alij putant à Gugernis populis, quos ibi antiquitus resedisse ferunt, nomen sumpsisse. Metropolis est sui Ducatus: Situm est ad Ruram fluuium.

WESTPHALIA.

VVest-phalia. *VVestphalia*, ciuitas ad Visurgum sita, quam aliqui à Vesta Dea Germanorum, alij à Vento occidentali, Weſt & Valen / quod Saxonibus pullum equinum significat, nominis originem traxisse perhibent.

Monasterium.

Monaste-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Monaſterium vulgò **Münſter**/ quibuſdam putatur anti quitus dictum *Mediolanum*, aliis **Nimigrode**. Monaſterii autem nomen inditum putant à Monaſterio, quod ibidem in principio Epiſcopatus eſt extructum. Metropolis eſt Epiſcopatus Weſtphaliæ. Annis circiter 60. & 70. elapſis artes liberales & lingua Latina ibi viguerunt. In hac ciuitate cereuiſia optima coquitur, quam **Raute** vocant, Hamburgenſi cereuiſiæ ſatis ſimilis. De laudibus huius ciuitatis copiosè egit carmine Murmellius. *Monaſterium.*

Suſatum vulgò **Soeſt**/ vrbs Weſtphaliæ, poſt Monaſterium opulentiſſima ampliſſimaque, vt quæ decem populoſis ſit diſtincta Paroeciis; primæua fundatione caſtrum, & vnam earum munitionum fuiſſe perhibent, quas Witekindus contra Carolum Magnum, triginta annis bellum gerens, aliquoties deiectas & conuulſas reparauit. Multis ac variis priuilegiis & immunitatibus Suſatienſes gaudent, inter quæ id comprimis memorabile, quod præ cæteris Weſtphaliæ oppidis, non ſolum in proprio, verùm etiam vicini Principis fundo, cuiuſcunq; generis feras venandi ius obtineant. Vtitur præterea vrbs ipſa mero ac mixto imperio, & ſub Illuſtriſſimi Cliuiorum, Iuliacenſium ac Montenſium Ducis clientela nunc degit, cũ antè ſub Archiepiſcopo Colonienſi fuiſſet per annos ducentos octuaginta, à tempore Friderici I. Imperatoris, quo ille Henricum Leonem, Saxoniæ Ducem, prouinciis pulſum, omni exuerat feudi dignitate. Tum & Suſatum cœpit parere Eccleſiæ Colonienſi, vſque ad tempora anni M. CCCC. XL. quando Sutiacenſes amicitiam Adolphi Cliuenſis Ducis affectârunt, quod ſe dicerent ab Archiepiſco- *Suſatum*

po in antiquis libertatibus arctari. Itaque ad Ducem Cliuensem defecerunt, cui saluis immunitatibus antiquis Sacramentum fidelitatis præstiterunt: multis interim nunciis ac literis hinc atq; hinc demissis ad Ducem, vt absticneret aliena ditione: ad vrbem, vt ad cor rediret, agnoscens (quem debebat) Colonienſem Archiepiſcopum Dominum in temporalibus & ſpiritualibus; ſed cùm toto triennio his atq; aliis vicis nihil proficeretur, ad arma perueniumest. Ioannis Cliuenſis Adolphi filius, tùm filiuſfamiliâs cum valido præſidio, vrbem luendam ingreditur, ſalutatusque à ciuibus Princeps atq; defenſor, ſolenni iureiurando inauguratus eſt. Archiepiſcopus Colonienſis comparatis copiis ad obſidionem Suſati ſe parans, multos ſibi confœderatos conciliat, Monaſterienſem, Hildeſheimenſem, Mindenſem, Epiſcopos, Ludouicũ Bauariæ Electorem, Guilhelmum Brunſuicenſem Ducem, Ioannem Naſſouiæ, Gerhardum Secenum, & alios Comites. Venerat etiam & auxilio Wilhelmus Landgrauius Thuringiæ, Dux Saxoniæ, inter agmina ſua ducens duo millia quingentos ex Bohemis, homines armis iam diu innatos, & qui ſine exemplo crudeliter deſæuirent; Hi in ipſo itinere, Ioannem de Hoya, Comitem Oſnaburgi, à ciuibus ſublime ralaxârunt, ſolus Rudolphus Traiectenſis Epiſcopus & Bernhardus Lippiæ Comes partes Ioannis tutati ſunt. Adolphus pater propter ſenium & imbecillitatem expeditioni non interfuit. Obſedit ergò Archiepiſcopus multis millibus armatorum (ſcribit Colonienſis Chronogra-

nographus octuaginta millia in Episcopi castris fuisse.) Oppugnauit autem toto mense, rarò intermittens bombardorum tonitrua. Sed cùm ea non terrerent ciues, apparatis magna multitudine scalis, statuit variis simul locis inuadere murum. Erat ea scalarum multitudo, & id roboris, vt vnà tres aut quatuor in quaq; starent & ascenderent. Oppida in aduersis ea miserunt lapides & trabes: sed omnium erat validissimum defensionis genus, Sartagines in muris disponebant per interualla, subiecto igne, pultes in aquis bulliente feruore miscebant: hinc liquorem capacibus vasis feruescentem fudére in armatos, scalis incumbentes. Exuperabat ea vis omne genus tormentorum, in ipsis suis armis ardore excrutiati, suffocabantur: Tormenti genus incomparabile; Tali dum modo defensi muri periere ex scandentibus plurimi, qui pro suo debito primi venerant ad arma. Nam Bohemi facilè cessêre ex indigenis honorem, vt militia prælati primi essent in periculis. Archiepiscopus eo accepto incommodo, oppugnationem deseruit. Ex hoc tempore Susatum in iure Ducis Cliuensis permanet.

Arnspergum vulgò **Arnsperg**/ Metropolis Comitatus eiusdem nominis. Situm est ad Ruram fluuium, arcem editiore monte adiunctam habet, gratam & commodam Episcoporum Colonienſium residentiam, vt quæiucunda simul & vtilia venationis exercitia, piscium item copiam ex præterlabente Rura præbeat. *Arnspergum.*

LVCEMBVRGENSIS DVCATVS.

Lutzemburgum vulgò **Lutzelburg**/ dicta forsan à gente *Lutzenburgum.*

Leucrorum, quæ Germanis Lützen vocaretur; Sita est ad fluuium Aliſuntium. Diuiditur autem ciuitas in duas partes, ſuperiorem & inferiorem. Vrbs eſt ampla & capax, ædificia, domus vtcunq; ſplendidæ, verùm belli iniuriis vtcunq; afflictæ:

ARTESIÆ COMITATVS.

Atrebatũ. *Atrebatum* vulgò *Arras*, Germanis Atrecht/ vrbs primaria. Hæc Franciæ Regibus quondam belli fortuna patuit: at anno M. D. XXIX. ad priſtinos legitimoſque poſſeſſores rediit, fœdere inter Franciſcum I. Galliarum Regem & Carolum V. Imperatorem facto. Ciuitas hæc ingens eſt, propugnaculis foſſiſque munitiſſima, ſpeciem præbet duarum vrbium, muro diſcreta. Minor Epiſcopali ſede decorata, à Præſule leges, magiſtratuſq; capit. Primus omnium fuit Antiſtes S. Vedaſtus, ab Remigio viro ſanctiſſimo, Remenſi Archiepiſcopo inſtitutus. Templũ elegantiſſimum D. Virgini dicatum. Bibliothecâ manuſcriptorum librorum, ſed potiſſimùm Theologicorum præcelebre. Maior vrbs ſitu, ædificiorum platearumque pulchritudine & fori capacitate peramœna; Abbatiam habet ditiſſimam, cui XX. millia aureorum annui reditus; ciuium incolarumq; multitudine frequens; variarum rerum mercimoniis opificiiſque celeberrima. Fuit quondam (vt hiſtoriæ teſtantur) Flandricarum vrbium caput, Caroli Calui Imperatoris æuo & multis poſt ſeculis.

Audomaropolis. *Audomaropolis* ſiue *Fanum S. Audomari*, vulgò *S. Audmer*, aliis corruptè S. Omer/ recens eſt in Arteſia oppidum, initium ac nomen habens à S. Audomaro, qui hic Euangelicus fuit præco. Eccleſiam habet magnificè & decen-

decenter extructam, cœnobium celeberrimum. Vrbs est minuta, habitatoribus frequens, splendidissimè ornata ædificiis, non longè ab hac vrbe lacus est celebris, continuò fluens, qui deinde fluuio Aa miscetur.

Bethunia vulgò *Bethune*, nobile in Atrebatibus oppidum, annonæ frumentariæ horreum, magnæ olim celebritatis in Atrebatibus, siue Flandris occiduis; Dominatus, antequam in Atrebatum Comitatum concederet. Castrum miræ antiquitatis & munitissimum opus, etiamnum in Bethunia visitur & à Regio Gubernatore insidetur. Hîc mihi minimè silentio prætermittenda visa est sodalitas Bethuniensium ea, quam partim ab effectu, partim ab auctore caritatem Eligianam nominant, qua fortasse nihil habet vniuersa Europa neque laudabilius neq; Reipub. salutarius. Græcè non malè νεκροφόρια, ab exportandis cadaueribus siue funeribus efferendis, nuncupare possis, inquit Georgius Braun; quò fit, vt nemo hîc, cuiuscunq; sit conditionis, supremo funeris & sepulchri honore careat. Auctor seu potius suasor huius instituti fertur fuisse B. Eligius, vetus ille Flandrorum Apostolus: Qui anno M. C. LXXXVIII. eodem temporis & horæ articulo duobus fabris ferrariis, vni Bethuniæ, alteri Beuriaci, (inter quæ vallum est passuum amplius mille) sub mortem apparuisse, & vt Cereum illum toto Belgio memoratissimum (qui etiamnum visitur, & ad sacra accenditur, neq; vlla tamen sui parte deperit) formare admonuisse proditur. Quam rem cum diligentissima inquisitione cognouisset Rogon, singulari vitæ sanctimonia præditus, suasor fuit, vt eiusmodi sodalitas caritatis & Christianæ in defun-

Bethunia.

ctos

ctos pietatis alumna instituereturꝰ ad cuius legitimam & politicam administrationem quotannis 21. vix ex honestissimo ciuium ordine deliguntur, qui communibus suffragiis præpositum & quatuor viros creant, quos Maiores nominant, qui se Duces præbeant, & cæteros pro sua auctoritate se subsequi cogant in ædium penetralia; inde cadauera exportare, & sandapila ad sepulturam efferre, quocumq; morbi genere, etiam pestilenti, extincta, modò in sodalitatem nomina dederint, & intra statos vrbis limites mortui deprehendantur. Et annis iam ab hinc propè quadringentis vsu & quotidiana periculatione est compertum nihil vnquam contagionis ex adfectis corporibus contraxisse eos, qui tam pium Christianæ pietatis munus exercent. Quod quidem beneficium Bethuniani ciues cùm immensa Dei clementia, tum assiduæ B. Eligii quasi tutela in Diui apud eundem pro se suaq; ciuitatũ intercessioni, meritissimè acceptum referunt.

HANNONIÆ COMITATVS.

Montes.

Montes, Germanis Bergen/ vrbs virorum morumq; dignitate & amplitudine opum clara, tùm ex loci natura, & mœniorum ambitu munitissima: Trullæ fluuiolo nauium tamen capaci, oppositæ; qui non longè infra vrbem sese in Haniam exonerat. Plebs mercaturæ deditissima, è laneæ telæ quodam genere (saya vulgari lingua est) quod in exteras regiones auehitur, lucrum potissimum facit.

Valencena.

Valencena, seu (vt quidam appellant) *Valentiniana*, vrbs potens, & ædificiorum splendore nitida: muris, propugnaculis, & fossis quodammodo inexpugnabilis, Scaldi

flumine

flumine iam nauigabili alluitur. Hîc quoq; laneæ telæ opificium, aliarumq; rerum mercimonia vigent.

Condatum, ad dextram Scaldis ripam, duobus milliaribus à Valencona distat, oppidum elegans. *Condatũ.*

Landresium, Sabi fluuio imminet, Caroli V. Imperatoris obsidione, quæ facta anno M. D. XLIII. memorabile. *Landresium.*

Auesnæ, vrbs & munimentum Gallorum finibus oppositum. *Auesnæ.*

Climacum, nuperis bellis sæpiusculè incensum, dirutum: tamen ad extremum ita restitutum, vt nullo elegantius renatum videri possit. *Climacũ.*

Halla Brabantiæ finibus contermina; Templo D. Virginis celeberrima. *Halla.*

COLONIENSIS DIOECESIS.

Colonia Agrippina.

Colonia Agrippina, Germanis **Cölln am Rhein** / dicta quibusdam videtur à Colono Troiano, tempore Æneæ, alii verò, quod Romanorum fuerit colonia. Cornelius Tacitus ita de ea scribit; Agrippina Augusta (Augusti filia) quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamq; deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, vt eam gentem Rheno transgressam Auus eius Agrippa in fidẽ acciperet. Bataui, quũ aduersus Romanos rebellarent, nullos peius tractarunt quàm Vbios, quòd illi gens Germanicæ originis, eiuratâ patriâ, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur. *Colonia Agrippina*

Tradidit idem Tacitus Agrippinenſes puduiſſe Germanicæ originis, vbi Romanorum Colonia eſſe meruerunt.

Ergò vtrumq; nomen Agrippina & Colonia huic vrbi ab Agrippina muliere datum eſt. Extructam nonnulli primò exiſtimant à Colono Troiano, alii à Trebeto Regis Nini filio, tempore Abrahami, M.M. videlicet annis ante Chriſtum natũ. Reſtaurata fuit à M. Agrippa Ariſtobuli filio, Cæſariſque Auguſti genero annis XVI. ante Chriſtum natum. Videntur tamen Vbii primi fuiſſe fundatores. Ad fidem perducta eſt Chriſti à Materno diſcipulo S. Petri, primo Colonienſi Epiſcopo, anno Chriſti XCIV. Habet XI. Eccleſias collegiatas, XII. monaſteria virorum, X. monaſteria Virginum, XIX. Eccleſias parochiales, quarum

rum tamen quædam ſunt collegiatæ. Vniuerſitas in hac ciuitate erecta eſt anno M. CCC. LXXXVIII. ſub Papa Vrbano, & poſteà confirmata: In ea tria ſunt collegia, in quorum ſingulis, præter Grammaticam, Poëticã & Rhetoricam totus docetur curſus Philoſophiæ. Sedes eſt hæc ciuitas Archiepiſcopi Electoris Septemviri.

Noueſium, aliis Noueſum, vulgò *Nuys*, vrbs eſt Vbiorum Rhenana, quatuor milliaribus ſub Agrippina Colonia diſtans, quam Marlianus in Ducatu Iuliacenſi, ſed Ptolomæus melius in Colonienſi Diœceſi collocat. Hæc vrbs à primordio ſecundis Rheni fluctibus irrigata, ſiniſtrum ſitu latus illuſtrauit, donec fortuna minùs propitia alueum Rhenus minutans, Vrbemq; non longo ſpatio adſpiciens, brachium eius vſibus reliquerit, qui Noueſienſem obſidionem Caroli Burgundionis accuratè deſcribit; Monachus cœnobii ſuburbani Nouimontis ciuitatis inquit; Nuſienſis diſpoſitio magis in longum protruditur quàm in latum, per cuius longitudinem ad orientalem plagam amnis præterfluit Erppia, ibidem à Rheni fluuio abſorbetur, vnde etiam ciuitas ab hac formatur parte, nec alia habet foſſata; Diſtat tamẽ riuus iſte itinere quaſi mediæ horæ à Rheni fluuio, & per plures gradus ab iſto riuo fit aſcenſus ad ciuitatem, quæ in alto poſita eſt, ſed ex Rheno brachium procedit, in quod intrat Erppia iuxta ciuitatem; & iſtud brachium pariter cum Erppia conſtituunt fluuiũ; ita vt maiores naues ex Rheno ad ciuitatem cum mercibus deferat. Et brachium hoc Erppiæ adauctum etiam duas vrbi vicinas ambit inſulas, vna maior, altera minor dicitur. Deinde à tota Septentrionali plaga in latum, &

Noueſiũ.

pro media parte occidentalis plagæ in lõgum, ipſa ciuitas duplici cingitur muro, & in vtroq; complures turres firmæ, & foris repletus eſt extimus murus terra, quaſi vſque ad ſummum, vbi ambulacrum habet, vt tutam ſtationem defenſoribus præbeat: alia deinde media pars occidentalis in longum & meridionalis plaga in latum, ſimplici cingitur muro, extra quem, lato & alto munitur aggere, vtrinq; foueis benè defenſo. Atque hæc quidem obſidionis Carolinæ enarrator. Templum eſt Noueſii collegiatum Canonicorum & Canoniſſarum D. Quirini reliquiis, tymbo operoſo & frequenti peregrinatione memorabile. Ciuitas hæc grauiter bello Colonienſi afflicta fuit anno 1585. Neuvvenarius enim Comes, qui Truchſeſii profligati Epiſcopi partes defendebat, aliquot ſigna peditum equitumq; turmas è Geldriæ oppidis & Bercka, ſub id tẽpus euocauit ad Noueſium per inſidias occupandum. Archiepiſcopus Bauariæ Dux, quia hoſtes plurimùm huic oppido inſidiabantur, iampridem præſidium magiſtratui obtulerat: Sed is, ſuis viribus oppidiq; fortitudine fretus, illud repudiabat. Præterea partem muri iuxta Rhenẽſem portam ciues Senatus imperio erant demoliti, vt vallum nouum ædificarent, ſed & ciuium excubiæ minùs erãt frequentes negligentioreſq;, quàm eſſe ſolent; Non latuit hoc Neuvvenarium, quare copias ſuas Noueſium ducens, 10. Maii intempeſta nocte partem illam per riuulum, qua mola voluitur, tranare, & ſub ipſis mœnibus tacitè ad monaſterium vſq;, cui Mons Mariæ nomen eſt, adrepere iuſſit: Atque vt ex iis quidam admota ſcala muros aſcenderet, & quid in vrbe ageretur, exploraret; is tractum illum

obam-

obambulans, neminem inuenit, eratq; altum in oppido silentium; dato igitur signo, socios vocat, qui plurimis admotis scalis muros superant, & in oppidum præcipites sese demittunt, portam confestim malleolis seriſq; dissectis, aperientes, Neuvvenarius cum equitatu in suburbio portam obseruabat. Audito verò signo, & viam sibi videns patefactam, celerrimo cursu in vrbem aduolauit. Ciues equorum hinnitu atq; strepitu hostiumq; clamore excitati, arma quæq; obuia rapientes, seminudos hostibus sese obiiciebant. Equites ad portam Honoris properantes, à collectis ciuibus, qui ex curribus vallum obiecerant, impediti, forum occuparunt. Ciues diuersis locis extra ordinem pugnabant, quorum XIIII. circiter occiduntur, inter quos præcipui fuerunt Consul Statius, Arnoldus Fratius, Henricus Schirmer Scholæ moderator, Melchior in Millendonck, & hospes in Dulcken: alii multi è mœnibus sese demittentes, perq; fossas natantes, euadũt. Hostes vrbe potiuntur. Res verò proditionis suspicione minimè carebat. Dispositis excubiis, mane iam facto, in ciuium ædes ruunt, ciues capiunt, pretiosa quæque diripiunt, & in vtriu sq; sexus homines, nullo discrimine, inaudita truculentia desæuiunt: præter aurum & argentum, signatum & non signatum, factum atque infectum, præter omnem supellectilem, annonam, & mercimonia, quæ hostis cepit, insuper ciues suum, vxorem & liberorum suorum corpora intolerabili lytro redimere, armaq; omnia penes hostes ipsos deponere debuerunt. Nec id satis erat, sed singulis penè septimanis præsidia mutarunt: vt prioribus prædâ iam onustis abeuntibus, noua succederent, quæ

magis magisq; ciues depilarent. Opulentissima & penè incredibilis erat præda, quam in hac vrbe Neuvvemarii milites inuenêre, omnes enim rusticorum opes, omnium nobilium & monasteriorum thesauri, cimelia atque ornamenta, imò quorundam ciuium Colonienſium diuitiæ hîc erant apud amicos depoſita, quod nulli tutiori loco, quàm Noueſio hæc concredebant. Ex ſolo monaſterio Regularium, præter annonæ magnam copiam, præter ornamenta pretioſiſſima, præter argentea vaſa plurima, etiã XIX. calices argenteos atque deauratos rapuêre. Erat hoc monaſterium primis fundatoribus in agro ſuburbano quondam ædificatũ, & anno 1583. initio tumultus Truchſeſiani ab ipſis Noueſianis, ne quid ex eo ciuitas caperet detrimenti, dirutum: vt etiam campos ſuburbanos defenderant miſeri, qui ne pomœria, ne mœnia, imò ne forum quidem ipſum defenderunt.

TREVIRENSIS DIOECESIS.

Treuiri.

Treuiri. *Treuiri* caput ipſius Archiepiſcopatus, à Trebeto filio Semiramis dici exiſtimatur: hic namque matrem fugiens, cum vniuerſo comitatu ſuo huc perueniſſe dicitur, & ciuitatem hanc ædificaſſe, atq; Trebatum vocaſſe, quod nomen hodie vno aut altero elemento tantùm immutato, vt pro Trebeta, Treuera, retinet. Vrbs Archiepiſcopali hodie dignitate ac principatu, nec non & Electoratus titulo clara eſt. Quàm verò floruerit olim hæc ciuitas opibus, potentiâ, reliquiſq; ornamentis, non obſcurè oſtendunt ruinæ ſuperbiſſimorum ædificiorum. Videtur enim

ibi

ibi palatium ſplendidi operis inſtar Babylonici muri ex latere cocto factum, tantæ firmitatis etiamnum hodie, vt

nulla ferè arte frangi queat. In hac ciuitate magna adhibitâ diligẽtia ſeruatur tunica incõſutilis Saluatoris noſtri. Antiquiſſima inſuper totius Germaniæ Vniuerſitate hæc ciuitas inſignitur.

VVeſalia ſuperior

VVeſalia ſuperior, vulgò Ober Weſel/ oppidum ad ſiniſtrum Rheni latus, inter Bachiaram & S. Geari vicum, medium quaſi occupat; Archipræſuli Treuirenſi paret, ſitu eſt peramœno, ædificiis priuatis ac publicis decoratur. Inter quæ pietati dicata, maximè commemoranda veniunt. Hîc igitur initio viſendam ſe præbet D. Virginis Eccleſia, in ſuperiore oppidi parte, inchoata anno Salutis

M.CCC.

M. CCC. VII. (qui annus in altis ac pulcherrimis fenestris chori eiusdem templi per antiquis literis, quod tamẽ rarum, annotatus est. Et anno M. CCC. XXXI. ipsa Assumptionis die in honorem B. Virginis & Annæ matris eius consecrata. A Balduino autem Archiepiscopo Treuirensi ex parochiali in collegiatam commutata. Fundata autem primitùs & ædificata ex eleemosynis Wesalienſis. Offert de hinc sese Vestalium Virginum, Ordinis D. Bernhardini Abbatia, quæ in Diœcesi Treuirensi omnium antiquissima dicitur. Propè mœnia deinde Rhenum versus Xenodochium conspicitur, in cuius Ecclesia supra summum altare columna lignea est, ad quam alligatus, & flagellatus S. puerulus Wernerus martyrium passus est, vbi Germanicè scriptum legitur, MCC. LXXXVII. hat Wernerick de Wammenroid den Todt gelitten / XIII. Kal. Maii. Cripta etiam nunc extat, in qua perfidelissimi hoc facinus perpetrarunt. Corpus eius, timore perculsi pœnarum, extulerunt, & abiecerunt in locum non procul à Bauaraco vepribus & spinis obductum, quod postmodum ab incolis inuentum, translatum est Bauaracum, vbi Deo in eius memoriam ædificatum est templum, quod hodierno adhuc tempore ab eius nomine appellationem habet. Generosus Dominus, Eques & nobilis Holsatus, Henricus Ranzouius lib. quem de annis enneaticis scripsit, hunc puerum à Iudæis anno ætatis VII. in die parasceues suspẽsum, flagellatum, membris omnibus concisum, crudeliq́ue morte interemptum commemorat. Est & Ecclesia præpotẽti Deo S. Martini nomine sacra, cui vnicus Rector præesse cõsueuit, sed cùm eadem benè dotata, diues esset,

sub

sub Diethero Archiepiscopo Treuirensi, Anno Salutis M. CCC. III. facta est collegiata, & perpetua fundatione ordinatum, vt esset Præpositus ibi, Decanus & quinque Canonici.

Bopardia, post S. Goari oppidum, sinistrum Rheni latus occupans, impignorationis iure ad Archiepiscopatum Treuirensem spectat: Vnde autem denominationem sortitum sit, si monumentis veterum semotis, recentiores coniecturas examinare placebit, non à Poppone Fuldensi Abbate, (quid enim eius loci Cœnobiarchiæ cum Boppardia negotii) non à Poppone Treuirensi Archiepiscopo LXXVI. deducemus, cum illius etiam tempore immediatè sub Imperio fuerit, sed à loci natura portuque bonitate deriuatam appellationem ducemus, quasi Bonport, pro Popport dicendum foret; Quò illius Epigrammatis auctor respexisse videtur, quod in Vestalium Virginum choro ad S. Martinum extra muros ibidem legitur, hoc titulo: *Bopardia.*

EPIGRAMMA AD PIVM HVIVS CARminis lectorem Iohannis Flammingi Bonportuensis.

Multus in hoc quondam Christi prænomine sanguis
Sanctorum effusus creditur esse loco.
Plura beatorum sunt corpora sancta reperta
Sub terra, multos qui latuêre dies.
Inuentumq; fuit Latiis Epigramma figuris
Insculptum saxo, quo posuêre pii.
Ensis & appositus fuerat, quo cæsa feruntur
Corpora sanctorum, quando tulêre necem.

Propterea hanc ſacram quicunq; intrauerit ædem,
Dic, precor, ætherea luce fruatur Iuo.
Quem cœleſtis amor, pietas & ſancta coëgit
Ad Chriſti laudem hunc ſic reparare locum.
Qui modò neglectus ſenio foret atq; iaceret,
Si pius hunc iterum non renouaſſet Iuo.
Sic igitur longos, locus hic, veneratur in annos,
Vnde Deo laudes, perpetuumq; decus.

M. D. XVI.

CErtè ſi opportunitatem ſitus, vim, abundantiam, præſtantiamque, ſi lignorum & earum omnium rerum, quas vitæ neceſſitas poſtulat, abundantiam conſideres, ſi oppidanorum elegantiam, vrbanos iucundosq; ſales, quibus ſuauiſſimè ſe exercere & reficere ſolent, conſideres, non immeritò Boppardiam hanc à ſitus portuſque bonitate nuncupatam putabis. Caſpar Bruſchius Cent. 1. de præcip Germ an. Monaſt. Mariæ montem Bodobrigium, vel Monaſterium B. Virginis Mariæ in monte extra muros Boppardienſes ita deſcribit: Paululum, inquit, à Rheno ſupra ciuitatem, verſus Hunnorum præſidia ſitum: Benedictinæ profeſſionis Monialium à ciuibus eius vrbis primùm cœptum ac conditum eſſe legitur: priuilegiatum verò à Pont. Max. Gregorio VII. ſubiectum S. Matthiæ Treuirenſi Cœnobio, temporibus Henrici IIII. Rom. Imp. Poſteà verò à Friderico II. Imp. liberaliter donatum eſt; qui cœnobium collapſum inſtaurari curauit, & in tuitionem ſuam recepit XX. Cal. Maii Anno Domini M. CC. XX. Eſt huic monaſterio vicinum aliud etiam Cœnobiolum Monialium, Tertiæ Regulæ S. Franciſci, D. Martino nuncupatum: Et è regione eius in altera Rheni ripa Campium

pium eiusdem Ordinis ac professionis Franciscanæ Monasterium, quæ vtraq; ex piorum hominum Eleemosynis & collarionibus potiùs, quam Principum munificentia emerserunt.

LOTHARINGIÆ DVCATVS.

Nanceium Lotharingicarum vrbium caput, duplici cinctum ambitu fossarum & murorum. *Nanceiũ.*

Nouum Castellum Mosâ alluitur, oppidum & aëre & situ amœnissimum. *Nouũ Castellum.*

HASSIA vel HESSIÆ LANDTGRAVIATVS.

Marpurgum.

Mærpurgum.

Marpurgum seu *Martispurgum* à Marte, qui hic coli solebat, sic dictum anteà, vti Ptolomæus scribit, Amasia dictum, situm est ad Lonam fluuium, à Marcomiro XXVII. Francorum Rege post Christi natalem an. CXLVI. iterũ ædificatum. Iam Marpurgum valdè auctum est quotidieq; augetur. Castrũ vnà cum sacello in monte positum ab Episcopo Ludouico Colonien si an. M. CCCC. LXXXIV. extructum. Noua aula, vulgò New Saal/ extructa est à Landgrauio Wilhelmo iuniore, anno Christi M. CCCC. LXXXIX. Iam verò anno M. D. XCI. adeò splendidè castrum hoc est ornatum, vt cum quibusuis amœnissimis Italiæ palatiis conferri possit. De hac ciuitate plura videre est, vti quoq; de Schola eius, apud Abrahamum Saurium.

Cassel ia.

Cassel ia

*Cassel*ia vulgò Cassel/ ciuitas valdè celebris, nomen à castro, quod antiquitus ibi solum fuit, sumpsisse putatur. Ptolomæo vocatum esse *Stereontium*, scribit Franciscus Irenæus. In hac viget mercatus armentorum & lanæ. Arx egregia cincta aqua. *Cassel*ia.

Francoberga.

Francoberga vulgò Franckenberg/ ciuitas Hessiæ versus Westphaliam, sita ad fluuium Ederam, nomen desumpsit à Francis, qui ibi castra metati sunt contra Saxones, vnde Ioan. Hartmannus: *Franco-berga.*

Arces mouit vt expeditiones
Francus, Saxones in gregem rebellem
Carolo Duce, magnitudo mentis

Geſtorum, cui dedit tremendum
Cognomen poſitum eſt, ſeruiq; cœpit
FRANCOBERGA: ſed hæc quia extimendoc
Contra militu impetus locârant
Forte præſidium, locumq; Franci
Ex illo placuit modo vocari.

Anno Chriſti D.XX. à Rege Theodotico primùm extrui cœpta, poſtea anno D. CCC.IIII. à Carolo Magno aucta. Propè hanc ciuitatem rotæ aquam per montem deducunt.

MANSFELDIÆ COMITATVS.

Mansfeldia.

Mansfeldia regionis caput eſt, ad Wipperum amnẽ ſita: dicta exiſtimatur à Manno Tuiſconis filio, quaſi Manni campus.

Eislebia.

Eislebia Comitatus Mansfeldiæ, quæ ſuperiori Saxoniæ inter Salam amnem & Wiperum inſertus eſt, Metropolis, antiquitate & ſitu commẽdatur. Appellationem ab Iſide Ægyptiaca conſequuta putatur, quæ, Tacito teſte, oras Sueuicas, vicinaq; loca poſt mortem mariti Oſyridis peragrauerit, & Eislebiæ domicilium fouerit. Situ eſt ſalubri & optimo, ſolum habens tam in ſuperficie, quàm in fundo fertile, ibi frumenta, hîc metalla largo prouentu, ſuppeditans. Eruitur enim eius viſceribus propè Eislebiam, Mansfeldiam & Hochſtätten / lapis niger ac fiſſilis, cuiuſmodi is eſt, quo in laminas tenues ſecto; (tegularum loco vtimur) nonnullis ardoſa vocantur, is picis æriſque plurimum obtinet, ac metalli minimè occulta habet indicia: conſpicitur enim inſperſus auri cuprive color. Hũc itaq; ingenti copia erutum, ex montibus ligniſq; circum-

poſitis,

positis, exurunt, incensus autem emittit eundem, quem linthantraces, seu carbonarii lapides, at, si contingat placidas pluuias ignem conspergere, tantum abest, vt extinguatur, vt maiores etiam flammas excitet, lapisq; eò citiùs liquescat, quod bituminis piciſve non obscurum est indicium; Neque hoc tacendum, num ludentis naturæ miraculum, non immeritò videri queat, quod is lapis manifestas ostendat inspicientibus animalium ferè omnis generis effigies, ramentis ac lineamentis aurei coloris, ita vt quiduis primo intuitu dignoscere queas. Affirmant nonulli eorum tantùm animalium, quæ propinquus Eislebiæ lacus gignat, eum præ se ferre imagines, cuiusmodi sunt piscium, anguillarum, carpionum, ranarum; verùm alii perhibent, etiam aliorum animantium figuras, eum exhibere ad vnguem, vtpote gallorum gallinaceorum, salamandrarum, quin & in quodam eorum lapidum Pontificis cuiusdam barbati effigiem triplici diademate ornatam, multis conspectum aiunt. Porrò Eislebiæ priscis temporibus multa commemoratione digna sunt gesta, vt enim pleraq; taceam, hìc saltẽ cõmemorare iuuarit, quòd cum anuus ageretur LXXXII. supra M. conuentus ibi primatum Saxoniæ habitus fuerit, qui instinctu Gregorii VIII. Pontificis Maximi conspiratione contra Henricum IV. facta, regem sibi elegerunt Hermannum Lotharingiæ Ducem, qui arcis Eislebiensis præsidio fretus, aliquantisper Imperatori restitit, eiusque exercitum ex Frisonibus collectum Ernesti Mansfeldiæ Comitis auxilio, fudit. Vnde euenisse aiunt, vt oppidi Eislebiensis vicus (qui hodiè

corru-

corruptè die Frey Strasse appellatur) Frisonum vicus denominatus sit.

THVRINGIÆ LANDGRAVIATVS.

Erfurdia.

Erfurdia.

Erfurdia siue *Erfesfurdia* nomen à primo conditore Erfft sumpsisse putatur: Hic enim, cum molitor esset, molendinum suum ad Geram fluuium fixit, atque ciuitati hinc initium dedit, circa initium imperii Arcadii & Honorii: posteà à Clodoueo Francorum Rege anno Christi CCCC.XXXVIII. aucta, Anno verò M. LXVI. muris cincta tanta amplitudine, vt Germaniæ totius maxima cẽseatur. Hanc perluit Gera fluuius, atque à sordibus purgat. Eadem Episcopalis olim erat, Bonifacio conditore: dignitas ea postmodum Mogontiacum translata dicitur.

Plurima

Plurima damna passa est frequenter ab igne hæc ciuitas, absumptis nonnunquam 6000. ædium. Celebri Gymnasio literarum floret, quod anno Christi M. CCC.XCII. Bonifacius Papa IX. ibi extruxisse priuilegiisque ornasse scribitur. In eadem ciuitate videre est insignem maximamque campanam, cui similem in tota Germania non est reperire. Mercatus herbæ Isatidis ibi celebris, vnde quidam Poëta insignis:

Herba Thuringorum celeberrima crescit in agris,
Hanc Isatin Græcus sermo vocare solet.
Ponderis hæc magni est, & multo venditur ære.
Hac etenim tingi lana parata solet.

Iena.

Iena ciuitas Thuringiæ, quam aliqui volunt à Iano *Iena.*

Deo; verùm is in Germania coli non ſolebat; alii verò ab Hebraica dictione Iayn, quod vinum ſignificat, deducunt, quod videlicet ibi multum creſcat vini; vnde quidam:

Hinc placet Hebræo nobis hanc nomine dici,
Vt vetus à Iayn nomen Iena tenet.
Cur ita crediderim, niſi mentem vocula fallit,
Certa huius ratio nominis eſſe poteſt.
Quippe vocat Iayn Solymæ pius incola terræ,
Hoc quod nos Latio dicimus ore merum.
Quæ caput in mediis vrbs fertilis erigit vuis,
Hanc quiſq; à vino nomen habere neget?

Sita eſt in valle muris cincta, turribus munita, pontem habet ſupra Salam. Schola eſt ibi erecta anno M.D.LVIII.

SAXONIA.

VVitemberga.

VVitem-

VVitemberga sita est ad Elbam fluuium, metropolis Saxoniæ superioris, à Witikindo I. extructa, alii ascribunt Witikindo filio eius: Circa annum Domini M. D. I I. à Duce Friderico ibidem erectum est Gymnasium.

Magdeburgum.

Magdeburgum ad fluuium Elbam, à Venere Parthenia, quæ ibi colebatur, appellata, *Parthenopolis* siue *Castrum puellarum*. Carolus magnus ibi Episcopatum erexit. Ciuitas destructa est à Wandalis, ab Ottone verò I. Imp. eiusq; vxore Edith, anno XXIX. sui imperii restaurata, & dotibus variis ornata: atq; Episcopatus in Archiepiscopatum mutatus. *Magdeburgum.*

Halberstadium.

Halberſtadium Epiſcopalis vrbs, Oltemia fluuio perluitur: in huius vrbis medio extollitur tumulus ac collis: is duorum ſtadiorum habet longitudinem, ac in ſummo vertice latam amplamq́; planiciem, in qua bina ædificata templa ſunt, ædificiis ſplendidiſſimis Canonicorum, illa autem, quæ in monte ſita ſunt, ciuitas ſeu vrbs dicuntur; quæ ad montis pedem, ſuburbia vocantur.

Minda.

Minda vetus Saxoniæ oppidum, propitio ad negociationem ſitu, ad eam concurrunt fluuii hi, Viſurgus, qui eam irrigat, Lexna, Aller, Fulda & Werra. Hîc bona coqui ſolet cereuiſia, vicinis expetita. Cathedralem eius Eccleſiam laudauit Bernhardus Luderus. Pontem ſuper Viſurgum circa annum MCCCCIII. magnis molibus lapidum in pedes coniectis firmauit.

Hildeshemium

Hildeshemium, ciuitas antiqua: fuit antea ciuitas duplex; poſteà vtrâque coniunctâ, facta eſt vnica. Templum ſummum inſigne habet, turrisq́; ipſa tectum habet aureum, ciuitas amœna, Archiepiſcopo ſubeſt Colonienſi. Ex hac ciuitate prodiit Ludolphus von Cöllen/ ita cognominatus, quod prædeceſſores eius Colonienſes fuerint. Certè Ludolphus hîc in Matheſi ſecretiori, Arithmetica videlicet Algebraica tantus eſt, vt nullum vnquam ei parem ab initio mundi fuiſſe, non dubitem affirmare. Vti ſatis apparebit ex opere eius Algebraico quod molitur; tum etiam ex tractatu eius de circulo, quem iam paratum eſſe mihi ſignificauit, in quibus omiſſis vulgaribus, ſeria quæque tractabit. Hic vir à pluribus annis in Belgio degit, ibidemque & Athleticam & Mathematicam profitetur,

vnde non tantùm patriæ ſuæ, & Belgio toti eſt honori & ornamento.

Lubeca.



Lubeca dicta quaſi Lobeck/ quaſi Ein Eck deß Lobs/ quod tria regna contineat, videlicet Daniæ, Suuediæ & Noruuegiæ, teſte Celte, qui ita canit: *Lubeca.*

Inde vrbs clara nitet de lumine nomine dicta:
Et Lobecum Cordani fama decuſq; ſui.
Angulus hæc laudis dicta eſt vrbs nomine priſco,
Angulum in hunc fertur fluuius Drauenna per æquor.

Vel dicitur à corona lingua Wandalica, quod ſit tanquã inſignis corona Imperii Germanici. Hæc ciuitas à variis vario ſitu fuit extructa, reſtauratáq;. Hodiè inter fluuios Trauum & Wagenitſium ſita eſt. Imperio aſcripta ciui-

tas est anno M. C. LXXXII. à Friderico I. Imperatore. De hac ciuitate ita canit Iulius Cæsar Scaliger:

Si referam: mihi quis credit, sub limina mundi
Vltima legiferi iura vigere Dei.
Ingenii candorem, animi cultum q3 fidem q3,
Fortia & inuicta pectora pura manu.
Dum mirata strepit terras, Astraa relinquent,
Atq3 putat cœli regna, resedit ibi.

LVNEBVRGENSIS DVCATVS.

Luneburgum.

Luneburgum nomen à Castro & Luna desumpsit: in castro enim hoc simulachrum Lunæ à Romanis colebatur, quod à Carolo Magno deiectum fuit. Albertus Crantius scribit castrum id Luneburgicum anno M. LX. sub

Luneburgum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Imp. Henrico IIII. adhuc superfuisse, ciuitatem verò priùs inchoatam fuisse anno M. C. XXCVIII. vel M. C. XXCIX. (vti habet historia Saxonica) ab Henrico Leone. In hac ciuitate tria sunt templa parochialia, inter quæ primarium est S. Ioannis, & tria monasteria, inter quæ antiquissimum est S. Michaelis; in hoc est tabula aurea, in qua Saluator noster cum duodecim Apostolis ornata pluribus gemmis pretiosis. Ciuitas hæc Ducalis est, ad fluuium Elmenovv sita, arte quoque & natura satis munita, satis fonte ditissimo beata. Hæc enim præcipua ciuium eius mercatura est, quam terra mariqúe in longinquas exportant regiones, maiorem tamen eius partem Hamburgenses negociatores coëmunt, ac magnum fœnus exercent.

Bardevvick siue *Bardorum vicus*, à Bardone Saxone ita vocatur, quadrante milliaris distat à Luneburgo, antiquitùs fuit insigne emporium. Dicitur vicus extructus C. C. XXXV. annis ante Romam. Fuit antiquitus Episcopo ornata à Carolo Magno, posteà eodem priuata, nunc est vicus. *Bardeuuick.*

BRANDEBVRGENSIS MARCHIONATVS

Brandeburgum aliis à Brenno Duce Sennone Galliarum nominatum & extructum putatur, alii à Brando Marcomiri IIII. filio extructum putant: duplex est; antiquum & nouum, quorum vnum ab altero distinguitur fluuio Hawel. *Brandeburgum.*

Fran-

Francofurtum ad Oderam.

Francofurtum ad Oderam aut ad Viadrum; extructum putatur à Simone II. eius nominis, filio Cleodomiri, nepote Simonis I. Ducis Francorum, sub Antonino Pio Imperatore. Hæc ciuitas Vniuersali studio celebris, quo eam ornauit Ioachimus I. eius nominis, Marchio, circa annum Domini M. D. VI. Maximilianus verò Imp. variis priuilegiis exhibitis confirmauit.

Francofurtum ad Oderam.

BRVNSWICENSIS DVCATVS.

Brunſvviga.

Brunſvviga vel *Brunſvvigum*, item *Brunopolis*, vulgò Braunſchweig / ciuitas, cœpta extrui à filiis Ludolphi Ducis Brunſuuicẽſis, poſteà à Brunone perfecta, vnde nomen

Brunſuuiga.

dedu-

deductum, quasi Brunonis vicus vel castrum. Ciuitas hodie est Ducalis, populi habitatorumq; frequentia ac ædifi-

ciorum splendore ac magnificentia ornatissima: quadratâ formâ, turribus ac mœniis insigniter munita. Circuitum habet 2000. passuum, qui conficiunt medium milliare Germanicum, eam Onacera fluuius medium secat, ac omnibus sordibus purgat, pontibus tamen vbique fluuius tectus est. Territorium planum est; Vrbs ipsa duplici ac nonnullis partibus triplici etiam fossa circundata, eæ aquis plenæ, vallis aggeribusque distinctæ sunt. Vrbs est quàm Norinberga maior, Erfordia minor. Propemodum hæc in ipsius Prouinciæ meditullio seu centro sita est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

MECHELBVRGENSIS DVCATVS.

Roſtochium.

Roſtochium vulgò **Roſtock**; primùm arx fuit, poſtea à Rodtſchalcko filio Vdonis in ciuitatem verſum: deinde à Primislao II. Nicolai filio auctum. Ciuitas hæc Academiâ liberalium artium floret, quam impetrarunt Principes Mechelburgenſes Ioannes & Albertus, vuà cum ciuibus Mechelburgenſibus, anno Chriſti M. CCCC. XV. Aër ibi ſalubris eſt. Rerum ad victum ſpectantium leui pretio magna ibi eſt copia.

Roſtochium.

Mechelburgum, primùm pagus fuit magnus Vagriæ ſiue Holſatiæ, tribus arcibus munitus; poſteà in ciuitatem conuerſum: Ducatus verò titulo inſignitum anno M. CCC. XLIX. à Carolo IIII.

Mechelburgum.

Gottor-

Gottorpia, arx non procul à Sleſuuico, nomen à Gothis obtinet, qui hîc olim caſtra habuerunt; veterum Ducum Sleſuuicenſium ſedes. Hiſce noſtris temporibus ab Adolpho Oldenburgenſi firmiſſimis propugnaculis ac muris muniri, quin etiam ædificiis nouis & ponte lapideo ornari cœpta. Telonium hic celebre, vbi compertum fertilibus annis, ex Dania quinquaginta millia boum in Germaniam abacta, veſtigal ſoluiſſe. *Gottorpia.*

Sleſuuicum vulgò Schleßwick / præcipuum Ducatus Sleſuuicenſis, quoad Holſatiam pertinet, oppidum. Germaniæ originis non habet obſitum, quem ad Sliam in maris Baltici ſinu obtinet: Quondam totius Cimbricæ fuit metropolis, ampliſſimum & opulentiſſimum oppidum, hodiè non ea magnificentia conſpicitur. Primùm in hac ciuitate Deo vero conditum fuit templum ab Erico rege Daniæ, fratre Heraldi, quem S. Anſcharius ad Chriſti fidem verbi diuini ſedata & fideli prædicatione conuertit, anno Chriſti DCCCXLVIII. Verùm ſequentes Reges non diu in ea fide perſeuerârunt, circa annũ à nato Chriſto MLXIIII. Slaui ciuitatem Sleſuuick capiunt, expugnant, depopulantur, funditus extinguunt, & religionem Chriſtianam peſſundãt. Ceſſante autem iam Slauica perſequutione, auctus eſt Sleuici cultus diuinus, pleraque monaſteria & tẽpla ædificata. Reſtaurata eſt inprimis Cathedralis Eccleſia, atque opibus & reditibus aucta. Extructum eſt etiam ab Anglis prope forum Eccleſia S. Spiritus, quod adiunctum habuit eiuſdem nominis Xenodochium. Erat etiam Eccleſia D. Nicolai ex Auſtrali Cathedralis Eccleſiæ latere, quæ adiunctum habuit monaſterium ordinis D. *Sleſuuicum.*

Auguſtini orientem verſus. Ea ædificia funditùs diruta & ſolo æquata ſunt, vt nulla eorum veſtigia ſuperſint. Extat & Xenodochium & ſacellum S. Gregorii ad pagum eius nominis ſupra montem Aquilonem verſus, ſed & illud totum in nihilum redactum eſt, vnà cum ſacello, extantibus pauciſſimis ruderibus. Supra eundem montem pe-nes viam, qua Flensburgum itur, ſacellum eſt D. Michaelis Archangeli, forma rotunda', vti pleriſque in locis antiqua infidelium delubra cernuntur. Supereſt autem integrum monaſterium nobilium Virginum monialium in peninſula Sleſuuici (Hollm) dicta. Templum in eadem peninſula plurimùm pro mercatoria domo ab Anglis extructum, & ſequenti tempore in Eccleſiam ſacratum, planè dirutum iacet, ea nunc eſt olim opulentiſſimæ & amplifſimæ vrbis deploranda facies, ſi ad illam priſtinam magnificentiam diuini cultus, & opulentiſſimorum com. merciorum referatur. Sed nihil mirum; vt enim hominibus vitæ ſuæ, ſic imperiis, regnis atq; Rebuſpub. ſui ſunt fatales termini. Durat tamen adhuc & mediocri ſtatu cõſeruatur Cathedralis Eccleſia Sleſvvicenſis. Fundatus eſt Epiſcopatus Sleſvvici ab Ottone I. anno Domini M. CCCC.XLVI. Ac poſtea à Daniæ Regibus variis reditibus auctus. Epiſcopos habuit vſque ad hunc annum Chriſti M. D. XCV. 44. qui ibidem magna ex parte humati quieſcunt.

Huſem. *Huſem* oppidum eſt Sleſuuicenſe, portum habens Mercatorum negotiationibus celebrem, quem efficit Oceani tractus Hener dictus. Etſi autem domibus, plateis, longitudine, amplitudine ac vbertate ſoli Flensburgo vix

cedat

cedat, hactenus tamen nullum ciuitatis ius habuit, nec muro vallove aut fossis cinctum fuit. Anno autem M. D.LXXXII. die XIX. Feb. à Duce Adolpho ius ciuitatis, certis conditionibus ac legibus obtinuit, qui etiam pulcherrima arce oppidum ipsum decenter ornauit.

Husenum illustris pars est quotacunq; Ducatus,
Qui nomen Slesuuik traxit ab vrbe suum.
Holsatiaq; Duci iamdudum paret Adolpho,
A quo iuris habet Principe, quicquid habet.
Nam licet egregio sit felix incola portu
Husensis, tutò soluere vt inde queat.
Mercibus atq; suis Hollandos possit & Anglos
Visere, & exoticas inde referre domum.
Et licet haud cedat Flensburgo, quò sua crebrò
Transportare solet, vendere qua statuit.
Ritè per Hesperium queat vt mare currere, nec non
Longiùs amotos visere possit agros.
Non hucusq; tamen ius municipale valebat,
Quamuis optaret sapè parare sibi.
Non ædes muro, fossis vallóve licebat
Cingere, ne contra sumeret arma Ducem.
Nec se Dithmarsis adiungeret effera, quorum
Vita, hei belli fax furiosa fuit.
His verò victis est exoratus Adolphus,
Et ius Huseno municipale dedit.
Illic & magnis extruxit sumptibus arcem,
Qua non vlla quidem pulchrior esse potest.

Ex nobili & perauguſto D. Hen. Rantzouii Muſeo.

Haderslebia.

Haderslebia Sleſuuicenſis Ducatus oppidum, à Waldemaro Duce Iutiæ anno Chriſti M. CCXCII. ius & priuilegia ciuica conſequitur. Arce quondam in colle munita fuit, quam Ioannes Holſatiæ Comes ſolo æquauit, & rurſus non procul ab oppido ferè in peninſula ædificare cœpit, nomine ipſius Hanſpurgum nuncupatam, vnà cum Eccleſia marmore auroq; ornata, ſed eo morte præuento anno ſalutis M. D. LXXX. Fridericus II. Rex Daniæ, eam iure ſucceſſionis adeptus, perfecit, cuius imperio etiamnum gaudet. Eſt & hîc cathedralis Eccleſia, in qua Rumboldus Dux Sleſiæ eò à Cæſare Sigiſmundo miſſus, ad certas componendas lites inter Daniæ Regem Ericum & Holſatiæ Comites, Sleſuuicenſis Ducatus cauſa exortas, peſte in hac legatione extinctus, honorificè ab Erico Daniæ Rege ſepultus eſt. Habet etiam Xenodochium in ipſo oppidi ingreſſu, & ſcholam ab ipſo Duce Ioanne ædificatam, & copioſis dotatam reditibus. Inſuper & portum tutiſſimum Fironiam in Oceanum orientalem vergentẽ, quem fertiles in vicinia agri condecorant.

A Duce VValdmaro primùm Haderslebia nomen,
Iutia cui quondam paruit, vrbis habet.
Arx hic ſtructa fuit vicino in colle, Ioannes
Quam Dux illuſtris diruit Holſatiæ.
Diruit & arcem, vicino in littore cœpit
Sumptibus haud paruis ædificare nouam:
Hansburgum dicunt: ſimul vt cum nomine notum,
Arcis quis fuerit conditor, eſſe queat.
Struxit in hoc templum ſpecioſum marmore & auro,
Sincero verbi motus amore Dei.

At nunc iure tenet Fridericus id omne secundus
Rex Daniæ, cuius fama perennis erit.
Et, quia Dux moriens, multa imperfecta reliquit,
Rex hæres opibus perficit ista suis.
Ædes prætereà cathedralis in vrbe videtur,
In qua Rumboldi sunt monumenta Ducis.
Gymnasium quoq; Dux magna cum laude Ioannes
Extruxit, curam relligionis habens.
Attribuit reditus opulento Principe dignos,
Nam studia in pretio duxit habenda sibi.
Insuper & tutum maris Haderslebia portum
Fœcundos agros pascua læta tenet.

Flensburgum oppidum Ducatus Slesuuicensis inter montes excelsos littori maris orientalis adiacet, in quod eius portus se extendit, tanta commoditate, profunditate & securitate, vt singuli ferè ciues ex domibus suis naues mercibus implere, & easdem rursus exonerare possint, vt non immeritò Crantzius id oppidum terra mariq; rebus gerendis opportunum scribat. Amœnissimo & saluberrimo in loco ædificatum est, nec non purissimis scatet fontibus, abundantiaq; omnium rerum affluit, quæ ad omnes necessitates pertinent. Ædes habet magnificas & splendidè extructas; adhæc Parochias aliquot magnificè ædificatas, quarum omnium D. Ioannis Parochia est vetustissima. Estque longitudo ciuitatis passuum 2341. sita sub eleuatione polari 55. grad. 30. min. Arcem habet satis pulchram in monte collatam, eiusdem nominis, vrbi imminentem & omnium oculis expositam. Versus meridiem habet Gymnasium à Ludolpho Naaman Minorita fundatum. *Flensburgum.*

Sege-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Segeberga.

Segeberga olim Aelberaga in Wagria Holſatiæ regione. Diſtat Hãburga VII. Chilonio VI. Lubeca verò IV. milliaribus. Arx eſt antiquitate illuſtris in monte ſita, oppidũ verò ad radices montis, quod varias paſſum difficultates poſteà extructo monaſterio creſcere cœpit. Monaſterium ordinis eſt D. Auguſtini, ex quo anno MCLXXXIIII. Theodoricus electus eſt Epiſcopus Lubecenſis.

Itzohoa.

Itzohoa nobile & auguſtum Holſatiæ oppidum, ſitu lociq; naturâ, nauigatione, ac proinde negotiatione, quas per Storam & Albim flumina exercet, præſtans. Nam Storâ, piſcoſo ac nauigabili flumine, vndique cingitur, quod flumen in intima Holſatia ortum, aliquot oppida & nobilem illam Rantzouianam domum Bredenbergam alluens, ad occidentem Albi permixtum, à fluminum tãdem parente recipitur. Gerhardus Comes Holſatiæ & filius Adolphi IV. anno reparatæ ſalutis M. CCV. tranſtulit cœnobium Virginum nobilium de Iuenflete, & id rurſus extrui iuſſit ante oppidum Itzohoe, idq; multis & amplis prædiis ac fundis locupletauit, ſepultuſq; eſt in ipſa cœnobii Eccleſia cum omnibus ſuis poſteris. Deinde etiam anno M. CCC. XL. Gerhardus Magnus in Iutia cæſus, ibidem humatus eſt. Porrò in iam commemorato Itzohoënſi cœnobio monaſtico habitu etiamnũ degunt 21. diuinis officiis nuncupatæ nobiles Virgines. Haud ita procul ab iſto virgineo, miſericordiæ pietatiſq; officina eſt ſita Xenodochium equeſtri Diuo Gregorio ſacrum. Oppidani Fredericum II. Daniæ Regem hæreditarium Dominum agnoſcunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Chilonium vulgò **Kyel**/ nobile Holsatiæ oppidum, si- *Chiloniũ.*
tus & naturæ benignitate fruitur, portum habet capacem & peropportunum, in quem ex Germania, Liuonia, Dania & Suuecia magno oppidanorum quæstu merces deferuntur, quibus eadem maris vicinitas, piscatum etiam vberem, & maximè Salmonum, præbet, ex quo incolarum non pauci commodè victitant. Vetus est oppidum aquis probè instructum, & ferè vndiq; cinctum, appellationem à cuneo, vt Germanicè sonat, obtinens. Arce decoratur conspicua, abs Adolpho Duce nouis ædificiis venustè exornata, sed præcipua Chilonium celebritate pollet peraugustis nobilium Comitiis, quæ quotannis ibi celebri habentur frequentia, circa D. Anthonii festa, vbi publica priuataq; negotia, & præsertim res pecuniarias, quas opulentas habent, expediunt. Est & Minoritarum monasterium iam in Xenodochium conuersum, in cuius Ecclesia Adolphus IIII. Holsatiæ ac Wagriæ Comes, qui Waldemarum II. Daniæ Regem in Bornhosede deuicit, sepultus est anno salutis M.CC.LXI. cùm anteà eiusdem instituti monachatum fuisset professus, idemque monasterium anno post natum Christum M.CC.XLIV. ædficasset.

Crempa, Holsatiæ oppidum, nomen habet à flumine *Crempa.*
nauigabili, Crempa, quod per medium istius labitur in Storam & Albim. Ius municipale & insignia accepit, anno Domini M.CC.LXXI. à Gerhardo I. Holsatiæ Schouuenburgensis ac Stormarsiæ Comite, Adolphi IIII. filio sub Christiano III. anno Domini M.D.XXXV. flagrante bello Lubecensi, vallo, fossisq; & propugnaculis à Ioanne Rantzouio, Equite aurato ita est munita, vt inter Hol-

ſatiæ munitiones, non minima exiſtat. Incolæ mercaturam exercent, nec minùs agriculturæ operam dant, cùm in paluſtribus & frugiferis locis non procul ab Albi & Stora ſita eſt. Nunc autem anno M. D. XXCIV. Friderico II. Regi Daniæ, tanquam Duci Holſatiæ, ad quem à Patre Chriſtiano III, deuoluta, ſubiecta eſt.

Vrbs ego Cymbriacæ non infima gloria terræ,
Velifero Crempa flumine, Crempa vocor.
Quod ſimul in Storam reſonans ſe iactat in Albim,
Me media curſu prapete parte ſecans.
Municipale meis, ius ac inſignia ceſſit
Ciuibus Holſatiæ Stormariæq; Comes
A quarto celebris genitore Gebhardus Adolpho,
Alter & iſtius nominis ipſe Comes.
Cum vallo foſſas & propugnacula ſtruxit
Auratus ſumma laude vehendus Eques,
Ianus Ranzouius, bello flagrante Lubeca
Munitam ſatis, vt dicere iure queas,
Rure mei viuunt ciues ac merce, paluſtris
Quod cum fœcundis & bene ſtructa locis.
Porrò Friderico iam ſum ſubiecta ſecundo,
Qui Daniæ Rex & Dux ſimul Holſatiæ eſt.

Reinholdsburga.

Reinholdsburga elegans Holſatiæ oppidum, arce regia conſpicuum, abs Reinoldo quodam fundatum, qui nomen oppido & caſtro indidit Reinholdiborch: qui fundator, num princeps vel nobilis aliquis fuerit, ignoratur. Vrbs eſt opportuno loco ſita; Eidora enim totam eam circumfluit, & aliquoties eam curſu ſuo diuidit, ita vt inde nauigatio in Hiſpaniam, Galliam, Angliam ac inferiorem Germaniam inſtitui queat. Turris, quæ hodierna die in

arce

arce conſpicitur, à Gerhardo Magno Comite Holſatiæ & Schouuenburgenſis ædificata eſt, circa annum M.CC. XXX. Deinceps alter Gerhardus, Henricus & Nicolaus fratres, dederunt ciuitati aliquot pagos & municipale, vnà cum inſignibus, quibus hodierno die vtitur, anno Domini M.CCC.XXXIX. quorum ſucceſſoribus mortuis, ad Reges Daniæ ex Oldenburgenſium Comitum familia natos vẽditione, cum cæteris Holſatiæ locis, peruenit. Chriſtianus III. Rex Daniæ eam munitionem, quæ iam videtur, fieri curauit. Ioannes eius frater, cui in diuiſione obligauerat, arcem ibidem, vetuſtate collapſam, ædificiis ſplẽdidis rurſus exornauit. Quo mortuo abſque hæredibus, cum eius ditiones inter fratrem Adolphum & Fridericũ II. fratris filium iure feudali diuiderentur, Friderico II. Regi Daniæ ceſſit.

Vrbem quam ſpectas, hæc Reinholdsburga vocatur:
Eidora eſt fluuius, qui prope voluit aquas.
Indidit huic vrbi nomen Rheinholdus & arci:
Danorum nunc Rex hanc Fridericus habet.

STORREMARSIA:

Hamburgum.

Hamburgum metropolis eſt Storremarſiæ ſub Duce Holſatiæ: putatur nomen habere à Ioue Ammone, qui antiquitus ibi colebatur, cuius ſtatuam Carolus Magnus deiecit. De hac ciuitate Conradus Celtes: *Hamburgum.*

Inde ad Cymbiracum contendit Cherſoneſum,
Ad cuius ſurgit pulchra hoſtia Cymbria quondam,
Sed nunc Hammonis nomine dicta πόλις.

Alii dictum putant ab Hama insigni & strenuo milite Saxone. Hæc ciuitas à Danis Pomeranisq; olim incensa fuit;

iterumque à Carolo Magno reædificata, & Episcopatu ornata: Postea ab Episcopo quodam, tempore Henrici IIII. Imper. muris cingi, portis tribus & turribus duodecim ornari cœpta.

DIETHMARSIA.

Brema.

Brema. *Brema*, Metropolis est Dietmarsiæ; Ciuitas Episcopalis; Sita est proximè ad Frisiam orientalem, ad fluuium Wetter: pontem habet ligneum; in fluuio propè ciuita-

tem

tem multa molendina sunt ad triticum molendum, pulueremq; Bombardarium conficiendum. Emporium in-

signe est; Vino caret, ideoq; cereuisiam coquit optimam, quæ in vicina loca distribuitur.

MISNIÆ MARCHIONATVS.

Misena. *Misena, Meyssen*/ ciuitas ad Albis fluuii sinistram ripam posita est. Nomen sumpsisse putatur à fluuiolo *Meyssen*/ qui versus Septentrionem propè arcem inter montes & Albim fluit. Extructa est ciuitas vnà cum arce ab Ottone I. contra Hungaros & Wandalos. Alii ascribunt Henrico Aucupi I. De hac ciuitate agit Hieronymus Empserus in vita Bennonis Episcopi Misnensis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lipsia.

Lipsia.

Lipsia, Germanis Leiptzig/ Metropolis aliquando Ostlandiæ, sita est ad Pleissenam amnem. Pagus fuit quondam, quem Henricus II. Imperator Dietmaro IV. Episcopo Merspurgensi anno M.XXI. dedit. Postmodum ab Ottone Marchione Conradi II. filio in ciuitatis formam redacta. Demum aucta & muris cincta sub Frederico I. Imperatore. Ciuitas hæc hodie cæteris omnibus opulentia splendoreq; antecellit. Ciuicâ domo valdè ornatur. Nobilissimo etiam floret Gymnasio, quod cùm olim Pragæ in Bohemia esset, huc anno à Christo nato M.CCCC. VIII. translatum est. De hac ita Scaliger:

Lipsia se ostentans sublimibus aurea tectis,
Lumina dum saturant, mens perit icta fame.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vecta quibus ratibus longinquæ marmora terræ?
Vnde frequens flauipura nitela Tagi?
Huc Cyprum, huc Temesum, huc Arabes, huc Serica, dices,
Sedibus euulsa, huc India regna suis.
Cum gemma bibitur, vincuntur nectare gemmæ,
Sed linguæ varius vincit vtrunq; nitor.
Nec Germana tamen vitiatur Lipsia luxu:
Ast hunc Germanum Lipsia magna facit.

Ilenburgum, vulgò Ilenburg / ciuitas Misniæ arce munita, extructa est ab Ilna vel Ilba (teste Ioanne Garcio Bononiensi) vel (vt Annal. Brunsuuic.) à Iulii Cæsaris militibus. Alii à Claudio Druso Germanico inchoatam volunt, existimantes Iulium Cæsarem à militibus huc peruenire non potuisse. Colligunt alii Ilnum tempore Drusi præfectũ fuisse exercitus, atq; hũc locũ ædificare cœpisse. *Ilenburgum.*

Antiquæ Cellæ vulgò Alten Zell / Monasterium est amplum & heroicum, ab Ottone Marchione Conradi II. filio fundatum, sub Frederico I. Imperatore. *Antiquæ Cellæ.*

Lauterbergum vulgò Lauterberg / Monasterium S. Petri, à Conrado Marchione Misnensi sub Henrico II. Imp. perfectum, & ampliſſimè dotatum. *Lauterbergum.*

Dresda.

Dresda vulgò Dreßden / Ciuitas hæc situs ratione valdè est amœna, muris & fossis probè cincta, & contra inuasiones hostium satis munita. Hic receptaculum est armorum bellicorum adeò instrumentis bellicis refertum, vt ei simile nullum extare credatur. In hac Domus sunt valdè ornatæ. Arx quoq; est Ducum Saxoniæ ex quadrato lapide *Dresda.*

maxi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maximis sumptibus extructa. Fluuius Albis alluit ciuitatem: Super quo extructus pons lapideus, qui tum longitu-

dine tum lapidis duritie est admirabilis. Aër est salubris, sedes est Ducum Saxoniæ. Extra ciuitatem pomœria & paradisi innumerabiles.

DANIÆ REGNVM.

Coroneburgum.

Coroneburgum, situ est mirabili adeò munita ciuitas, vt nisi ab his, quos vitæ tædeat propriæ, tentari nedum expugnari queat, ita vt non immeritò regionis vniuersæ, arcium, oppidorumq; teneat principatum, atq; à præeminentia *Regio* sit *condecorata* cognomine. Hæc sereniss. Daniæ Regi Friderico II. ita ordinante, vetere arce hoc loco funditùs diruta, excita taest, extremę Insulę Zelãdicę oræ præ-

sidio

sidio ac tractus marini, quem, sicut indigetant, defensioni maximis & innumerabilibus vndique conquisitis saxis interq; compacta & festucata ingentium arborum robore compactis atq; conclusis, ac loco fundamenti demersis, tam valida est ex ipso maris fundo educta, vt immanes pelagi fluctus magnis prouolutos procellis, atque ad vallum murosque horrisono boatu ac fremitu illisos, citra vllius periculi metum sustinere queat. Mirantur exteri symmetriam & harmoniam structuræ Italicam, mirantur quotquot hoc castrum intuentur, qui Danica rura & maria lustrant. Dixero, nõ esse vllũ totius Europæ castrum, q; huic arci cõparari debeat. Hoc fatẽtur ingenuè, quotquot in remotiss. orbis regionibus rerum visu dignarũ curiosi obseruatores fuêre, tã exteri, quàm Regię Maiest. subditi. Intus magnificis ac planè regiis conclauibus, cubiculis, porticibus ad stuporem magnificè exornata, quæ tapetis picturisque vestita, in quibus omnes Daniæ Reges acu venustè depicti videntur, supernè sculpturis polita & auro obducta resplendent. Tecta cupreis obducta laminis, pauimenta diuersi generis coloribus variata nitent. Muri cæsis ad normam lapidibus constant. Foueæ aquis instructæ eodem lapidum genere à fundo ad summum vsque vtrinq; munitæ. Regia in hac arce culina, prout etiam Balneariu̇m, hypocaustum, in quo vtensilia omnia, diuesq; supellex tota argentea. Media arce area est ampla & visu iucundissima. Nam quoquo versum oculorum aciem pandas, vel turres præcelsas, vel tectum, sole splendente ad instar auri nitens, vel muros magno ingenio elegantiq; structuræ artificio, & fenestris conspicuis ornata porticus, &

regiam familiam delectamque nobilitatem passim inambulantem, & aream tam spatiosam ac latam occupantem videbis: in qua institutis theatris & Scenis comœdiæ exhiberi, ignes volatiles proiici, spectacula, ludi, triumphi, decursiones equestres, solennia hastarum ludicra institui possunt: Quin & fons largus ex cupro conflatus nitentibus aquis abundans, areæ medium occupat, tantis ornamentis illustris, planè vt intuentibus sit admirationi, cuius structura incredibili sumptu facta. Videntur illic statuæ æreq; fusili opere, iusta hominis magnitudine, raro ac nobili artificio factæ, varias orbis nationes accuratè repræsentantes, quæ bombardas, clypeos, arcus, gladios, & diuersorum generum arma pro nationum diuersitate gestant, ex quibus dulcẽ arcis necessitatibus aquam copiosa vbertate emittunt. Ad arcis mœnia, quæ mare & Huenam insulam respiciunt, videre est admirandæ molis & prorsus stupendæ magnitudinis saxum, quod planè nullis viribus humanis loco moueri posse videbatur, huc iussu Regis pertractum, cum hac inscriptione: *Anno M. D. LXXX. Fridericus II. Daniæ Rex curauit hoc saxum à primo suo loco, vbi vicissim alius subrogatus est lapis, ad hunc deuolui locum.*

INCISVM FRONTISPICIO ARCIS CRONEBURGENSIS CARMEN.

Inclitus hanc celsam Fridericus condidit arcem
Nomine qui simul & sorte secundus erat.
Rex pius & iustus, miles robustus in armis,
Qui tamen inuitus prætulit arma togæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cui Regina thoro vixit ſociata iugali
Mechelburgiaca nata Sophia domo.
Qui pariter virtutis amans ſtudioſa mariti
Pignora coniugii plena decore dedit.
Ergo vbi pacatos ageret Rex impiger annos,
Structuræ tanta mole peregit opus.
Muniuitq; arcem, velut aſpicis, haud quod in iſta
Spem ſibi tutelæ præſidiisq; locet.
Nec velut antiquæ ſtructor Babylonis, ouandi
Iactet vt humana robora facta manu.
Iſte luit pœnas faſtus, dum ſeptimus annus
Cerneret amentem perſimilemq; feris.
Rex nihil oſtentat Danus: ſe credit & optat
Præſidio tutum ſolius eſſe Dei.
Scit bene, ni faueat Numen, quod robora nulla
Vel chalybe, aut duro facta Adamante, viuent.
Ergo det aſtrorum terræq; mariſq; creator,
In quo ſpem ſolo Rex Fridericus habet,
Proſper vt ille diu, & ſoboles ſeriq; nepotes
Has habitent, firma pace vigente, domos.

Sic de eadem hac arce RANTZOVIANÆ MVSÆ.

EST, vbi quæ regno ſunt conſociata ſub vno,
Rura procelloſi diuidit vnda maris.
Scanica rura vocant, nec non Zelandica, quæ nunc
Sub iuſto ſceptro, Rex Fridericus habet.
Hic in vtroq; ſita eſt inſani littore ponti
Arx, Regi qua nil gratius eſſe poteſt.
Nomina ſi quæras, hæc Helles, illa coronæ
Nomen habens domino eſt vtraq; fida ſuo.
Nauis enim non vlla mari ſe credit Eoo
Hæc penetrans, qua non ponere vela ſolet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Omnibus hic opus est merces vt fateantur, & illas
Subducta redimant pro ratione sibi.
Prouenit hinc auri & argenti tantus aceruus,
Hunc regni vt neruum dicere iure queas.
Mirentur Reges auri, argentiq; fodinas,
Quas ipsis tribuit dextera larga Dei.
Non minor est, quem de multorum mercibus amplis
Prouentum Daniæ rex Fridericus habet.

Hafnia.

Hafnia vulgò **Koppenhagen**/ Daniæ Metropolis, vrbs in Zelandia maritima in planitie sita, ab ortu brumali ad meridiem vsq; ad occasum brumalem vbique mari alluitur, adiacente ad meridiem insula, Amagger, quæ portum incredibili commoditate celebrem præbet. Excurrit enim ad orientem in Balthicum mare ad stadia quatuor, vádosis & perpetuis arenis impetum maris sæpè vehementissimum retundens; quo fit, vt inter dictam insulam Amagger & agrum Hafniensem Orientalem ad quingentos passus tuta concedatur statio nauibus. Huius autem vrbis tenuia fuêre initia: Nam Absalon Huide, Archiepiscopus Lundensis & Episcopus Roeschildensis, vir nobilitate generis, sapientia, animi magnitudine, patriæ amore, atq; in rebus gerendis felicitate & successu præstans, munitionem quandam in ea insula, in qua nunc est arx, magnis sumptibus extructa, fieri curauit, cui appellationem de suo nomine Axelhuis indidit, vt eò melius aduersus piratas locus ille defendi posset. Iussit etiam iis in locis, vbi hoc tempore splendida ædificia sunt, casulas quasdam piscatorum poni. Estque locus postea **Kiobmanßhafen**/ id est, portus Mercatorum vocatus: Quòd negotiatores, cùm à

pira-

piratis vrgerentur, ibi receptum haberent. Hiſtoriæ hæc accidiſſe perhibent circa annum Chriſti M. C. LXV. Academiæ inſtituendæ facultatem Rex Ericus Pomeranus à Martino V. Pontifice primus impetrauit. Quod cùm ille ob diuturna bella, quibus magno Regni incommodo implicabatur, perficere non poſſet, Chriſtianus Oldenburgicus tandem anno Chriſti M. CCCC. LXXVIII. permiſſu Sexti Romani Pontificis Imperatoriſq; ab eo Academiæ Bononienſis priuilegiis ad optatum finem deduxit. Primam autem Academiæ erectionem fundatoris filius Ioannes Rex confirmauit, & ſcholam noua fundatione ſtabiliuit anno M. CCCC. XCVIII. Chriſtianus verò III. anno M. D. XXXIX. eam profeſſorum & lectionum numero adauxit, additis quoq; reditibus certis, quibus viginti ſtudioſi alerentur. Tandem autem Fridericus II. anno Chriſti M. D. LXIX. XXII. Iulii maximo feruente bello cum vicino Sueciæ Rege & profeſſorum ſalaria munificentiſſimè auxit, & ſuperioribus reditibus, quibus viginti illi ſtudioſi aliti ſunt, annuas obuentiones anno M. D. LXIX. addidit, vnde octuaginta alii liberaliter ſuſtentari queant: Ita vt centum ſtudioſi illic Regia munificentia nunc viuant. Primarium vrbis templum D. Mariæ ſacrum eſt, in eo ſacrantur & coronantur Daniæ Reges, Canonicorum collegium olim fuit: Aliud eſt Spiritus Sancti: Tertium Nicolai mari vicinius: Quartum in arce: Quintum D. Petri, quod anno M. D. LXXXVI. magnis impenſarum ſumptibus à Friderico II. reſtauratum eſt, vt in eo Germanicæ nationis homines conuentus haberent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vranibur gum.

Vraniburgum, arx quam plurimis varia exactaq; ratione eleboratis machinis Astronomicis referta, in summæ illius scientiæ honorem & instaurationem à Tychone Brahe nobili Dano, Domino de *Knudsdrup*, circa annum M. D. LXXX. exædificata.

Helsingo burgum.

Helsingoburgum, Schaniæ Danicæ ciuitas est maritima, arce editissima insignis, quam vrbem Helsingorum nominat Saxo Grammaticus lib. XIIII. & Helsingum oppidum, lib. XV. sita est in ipsis penè faucibus, & ad fretum, per quod in Codanum sinum illabitur Oceanus, vbi traiectus est ex Schania in Siolandiam insulã breuissimus, Germani vulgò nominant den Sund. Orientalem maris ripam tenet Helsingoburgum, quemadmodum Helsingora, vna cum Croneburgo arce Regia & longè magnificentissima, occiduam. A Septentrione in austrum porrigitur ciuitas, longior quàm latior, monte nimirum perquam edito, qui huic imminet ad orientem, obstante quò minùs in latum etiam extendi possit. In huius medio templum est virgini olim Deiparæ dedicatum, non magnificum quidem illud, (ex cocto enim tantùm lapide extructum visitur) amplum tamen in primis & excelsum, cui turris adiecta est altior aliquando: vniuersum autem ædificium eiusmodi planè, vt & gratiam quandam habeat, quod decenti simplicitate commendetur, & copiosa luce in eo perfundantur omnia. Nusquàm plura quàm hic antiquæ nobilitatis Danicæ ad parietem templi Septentrionalem, depicta visuntur insignia, sepultis in eodem templo præstantibus nobilitate viris. Non procul à templo prætorium est ad Austrum, vnaq; forum, in quod

merces

merces suas quotidiè ferè conuehit frequens vicinia; præter mercatum hunc quotidianum, in quo ciuium potissimum, ac vicinorum seruitur commodis, alii duo anniuersarii, alter in medio Quadragesimæ, alter sub Dominicam Palmarum dictam, sic celebrantur, vt non ex Dania tantùm, verum etiam ex perrgeinis & procul dissitis regionibus huc commeet maxima hominum multitudo, comportatis eodem exoticis etiam mercibus, haud paucis, vt vix in vlla panagyri Daniæ, vel hominum sit, vel mercium frequentia maior. Ex mercibus tamen in hisce nundinis frequentiores sunt equi ac boues venales, quorum distrahendorum causa, hæ primitus sunt institutæ. Oppido toti, quà in longum patet, mons imminet, vt antè dictum, ad Orientem præruptus admodum ac editus, cuius fastigio super solidissima caute arx imposita est longè munitissima. Hæc ab Helsingis (hi Sueciæ populi sunt, quorum patria Helsingia) sub ipsam olim natiuitatem Seruatoris Christi in carnem Frothone III. Daniæ Rege vel circiter extructa memoratur, quibus quidem Helsingiæ & nomen inditum, tum arci, tum ciuitati, adde & ei, quæ trans fretum est, Helsingoræ; id autem nomen sonat non tam oram seu extremitatem, quod videri alicui possit, quàm arenam Helsingorum. Est quidem illa extrema Sialandiæ versus ortum æstiuum vel Boream pars, vbi sita Helsingora est, cum arce Croneburgo. Verùm veteri Danorum lingua Or, arenam sonat propriè, cuius magna est etiamnum circa Helsingoram copia longiori tractu mare procurrens, idq; non admodum profundum, à qua verisimile est nomen factum & ciuitati & freto vicino,

quod

quod à Danis appellari dixi Ørsund / ꝛc. quasi dicas, arenę fretum, vel sinus. Et flexus, vbi nunc arx est Croneburgum, olim dictus est Ørefrug / quasi arenæ flexus, ab eadem nimirum arenæ copia. De tempore extructæ arcis Helsinburgensis circumferuntur Barbari quidam versiculi duo, qui sic habent:

Tempore natalis Christi turris capitalis
Helsingborg struitur, velut in scriptis reperitur.

Ea sanè perāpla est, vt per se ciuitatiuncula videri possit, in cuius meditullio turris quadrata, & ipsa ampla admodum, atq; inprimis edita, contignationum seu interstitionum sursum versus (quæ tabulata vocantur) compluriū, ad milliaria aliquot procul sese spectandam exhibet. Hanc turrim duplex ambit murus, alter proximè cingit eandem, qui autem remotior est, arcem totam, vnáque ædificia complectitur quàm plurima; quotidianis igitur eorum, qui arcem tenent, vsibus accommodata, murus exterior, qua parte plagam respicit orientalem & Aquilonarem, fossa cingitur sic satis profunda, quamuis is locus minùs videatur naturâ munitus, quàm latus occidentale. Id enim magis est præruptum, seu arduum & naturâ inaccessum.

Coronia. *Coronia* vulgò Landes-Kron / versus orientem dimidio tantum milliari ab vrbe distantem, habet fluuium, qui in meridiem fluens ac in mare sese exonerans, cursum non nihil flectit ad Aquilonem, mariq; mixtus Coroniam præterlabitur, ac portum efficit vastissimarum etiam nauium capacem, quo non est alius per Daniam magis commodus aut opportunus, ea res occasionem præbuisse vi-

detur

detur condendæ hoc loco ciuitatis: Vallo ac fossis cingitur, arcemq; adiunctam habet, cuius fundamenta à Christiano III. Daniæ Rege iacta primùm sunt anno Domini M.D.XLIII. vel circiter, paucis pòst annis peracta eiusdem ædificatione. Haud paruum momentum ad victoriam attulit Christiano portus Coronienſis, cum patre defuncto, de regno is dimicaret aduersus seditiosos & Comitem Oldenburgicum. Hic enim vrbe occupata, tutam admodum reliquo belli tempore stationem habuëre huius naues. Quæ res videtur & portum & ciuitatem sic Regi victori commendasse, vt posteà arcem quoque hic locandam duxerit. Quo loco nunc arx sita est, olim Cœnobium erat Carmelitarũ, quibus sub ipsa huius ciuitatis quasi crepundia in Daniam introductis, domicilium hic primùm statuit Ericus VIII. vrbis conditor. Portæ ciuitatis versus Meridiem & mare tres sunt: totidem etiam qua vrbs continentem spectat. Orientalis vna, altera Septentrionalis, tertia occasum æstiuum respicit, & Corum seu Anguſten, quæ à vicina platea Seebye nomen obtinet. Per has multum quotidiè rerum venalium inũehitur, earum potissimum, quas regio seu prouincia vicina producit, quemadmodum per portas maritimas, quæ nauigis in portum apportantur, ex variis Europæ regionibus, Liuonia, Russia, Pomerania, & ciuitatibus Germaniæ maritimis: Hollandia item & Anglia ac Scotia, tandemq; ab extrema Noruuegia, & aliis locis infinitis. Nunquam autem vel mercium vel hominum in hac ciuitate frequẽtia maior, quàm circa solstitium æstiuum, quando mercatus in ea exercetur longè maximus. Non procul à porta

maritima orientaliori forum est peramplum, iuxtaque prætorium magnificè extructum. Et circa forum, quemadmodum passim vrbe tota, maximè versus portas & Septentrionalem & Orientalem priuatorum ædificia sat tis splendida. A foro versus Septentrionem non longo spatio templum est vastæ magnitudinis, & templo iuncta turris præalta, ex lapide cocto constructa omnia, fundamento excepto. Neque nunc alius est in hac vrbe sacrorum locus præter Nosocomium in ea platea, quæ ad portam ducit orientalem. In hoc Nosocomio permulti aluntur ægroti ac pauperes, ciuium potissimùm liberalitate & beneficentia. Neq; enim certos annuos prouentus hi habent, qualibus gaudent alia quædam passim per Daniam Nosocomia, & prochodochia maiorum liberalitate donata.

Lundia.

Lundia à Coronis versus ortum tribus milliaribus, atque à mari vno milliari distat. Peregregia Collegiata Ecclesia Lundiam mirificè exornat, habet illa sub Choro, quàm latè is patet, cryptam, vbi olim non minus quàm in ipso templo sacra fiebant. In hac Bernhardus Anglus quiescit, incertum tamen hodiè, qua cryptæ parte Birgerus, qui erat ex Archiepiscopis Lundensibus per Pontificem Romanum consecratus & confirmatus postremus, idemque inter Archiepiscopos numero XXVI. anno altero ante mortem (obiit autem is anno Domini M. D. XIX.) horas B. Virginis in hac crypta à se reparata, singulari diligentia instituit quotidiè decãtandas, additis ad sustentanem eorum, qui sacris illis operarentur, reditibus haud pœnitendis. Templo versus Austrum adhærent sacella duo,

duo, alterum orientalius B. Dionysio dicatum & à Carolo Archiepiscopo XIIII. extructum anno Domini MCCC. XXVII. vel paulò antè: alterum magis ad occidentem D. Georgii vulgò dictum, quod à Petro Lyckio Archiepiscopo XXII. conditum, Erico VIII. Rege, non minus celebre est, quàm Carolinum illud seu Dionysianum. Eidem templo ad occasum iunguntur turres excelsæ duæ similiter ex secto lapide, quemadmodum & templũ ipsum, constructæ, in harum altera campana olim erat Marialaura dicta, à Maria nimirùm & Laurentio. Hæc magnitudine sua longè excelluit Nolam eam, quæ Erfordiæ est, ob capacitatem celebris, quod testari possunt, qui vtranq; viderunt. Verùm hæc Lundensis incautiùs aliquando pulsata fuit, vt sui quadam parte finderetur, ac rimam duceret, vt sonum reddiderit & inconuenientiorẽ, nec vsui esse hîc amplius posset. Comminui eam Rex Fridericus II. curauit, atq; Croneburgum transferri anno Domini M. D. LXXXVII. ex qua postea duæ aliæ non contemnendæ magnitudinis campanæ fusæ sunt, quæ nunc Croneburgi visuntur suspensæ. Ad horologium venio Laurentianum, in quo est, quod obseruare fortè conueniat; non distinguit quidem illud, peculiari sono edito, horas singulas per tetradas siue quadrantes, quod faciunt alia quædam, per Daniam horologia; nec etiam (quod in Belgio passim vsitatum) præludia ostentat Musica, quoties horæ seu mediæ seu peractæ dandum est indicium, quibus rebus affici solent, quasq; mirantur plebei, ac vulgus hominum, aliud autem quiddam est in automate eo, quod magis mirantur, ac amant docti; sitũ est horologium in inferiori

templi parte, qua in turrim aſcenditur, Auſtralem, vbi tabula parieti affixa viſitur quadrata, oblonga, vtcunq; magna, circulis aliquot variorũ colorum diſtincta, quorum, qui maximus eſt, diametrum habet pedum circiter 8. in qua quidem tabula per certos eius rei indices, & annus currens, & menſis ac ſeptimana, dies quoq; ſinguli & horæ ſingulæ, in quibus agunt homines, monſtrantur liquidiſſimè, eo etiam indicato, ſi feſtum celebretur, ſeu fixum ſeu mobile. Docetur item, quis luminarium ſolis ac lunæ motus, quæq; horum in Zodiaco loca, diebus ſingulis & ad ſe inuicem habitudines. Et foris quidem in dicta tabula hæc ſpectantur, intus autem machinis quibusdam ad id fabrefactis res agitur. Quibus illud additum eſt velut πάρεργον: ſed & illud arte factum, vt quoties publicè ſignũ datur horæ elapſæ, ſupra tabulam ipſam, qua templum ſpectat, duo concurrant ſimulachra, (equites dixeris cataphractos) quæ tot ſeſe ictibus petunt, quot ſigna dat Nola maior in turri ſuſpenſa, quæ horam indicat, in hac ipſa tabula (id quoq; magis fortè mirandum) in medio velut in throno collocatum eſt Simulachrum Virginis Deiparæ ſinu tenentis infantem. Ad latera huic oſtia duo: ante pedes velut Theatrum ſemicirculi forma, arcu huius ſpectatoribus obuerſo. Intus machina cum ſimulachris trium Magorum, quorum ſingulis ſinguli ſunt famuli additi; Machina mota ad eius, cui hoc negotium datum eſt, arbitrium, prodeunt ſimulachra. Ante alios quidem, veluti caduceator minitabundus, gladio vibrato pulſat oſtium, quod ſiniſtrum eſt virgini, eo aperto ordine proceditur, buccinis ſimul duabus ſonantibus, quas inflare vi-

dentur,

dentur, quæ iuxta vtrinq; collocata ſunt, totidem buccinatorum ſimulachra; Qui primus eſt Magorum, magnifico & planè Regio prodit per theatrum inceſſu. Ad virginis ſimulachrum vbi ventum eſt, reuerenter ad hanc verſus inclinat ſeſe Magus, velut adorabundus, moxque conuerſus progreditur, ſequentibus aliis. Faciunt idem reliqui magi. Famuli, quorum ſinguli ſingulos ſequuntur dominos, immoti procedunt, nulla edita erga Virginem reuerentiæ ſignificatione. Horum poſtremus iterum intrò receptus ad ſuos, oſtiũ quod virgini dextrum eſt, poſt ſe claudit, ita quidem, vt& clarior quidem ſonus eo occluſo ad aures ſpectantium perueniat, quibus id iucundum ſpectaculum eſt. Quod ad horologium attinet, cùm in eo ars eluceat præcipua, facilè arguit, Maiores rerum Mathematicarum fuiſſe haud inexpertos: Eſt enim id opus minimè nouum, quamuis non conſtat, quando vel à quo, aut quibus auctoribus id confectum fuerit. Præter horologium, de quo iam dictum; Altare quoq; in æde Laurentiana media ſpectatur perquàm magnificum, recens tamen ſub annum Domini M. D. LXXVII. extructum, haud exiguis Eccleſiæ ſumptibus, procurante id nobiliſſimo Viro Domino Hilario Grubbe tutore & Eccleſiæ Prępoſito, eodem Regni Danici Cancellario, ac Senatore prudentiſſimo. Altare marmoreum totum peramplum & altum: ex marmore partim candido partim nigro, verſicolore etiam nonnullo, artificiosè admodum ordinato atq; polito, expreſſis in eodem præter alias quaſdam effigies, imaginibus quoq; Regis Friderici II. & Sophiæ coniugis, horumq; inſignibus. Mediam tabulam occupat ſi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mulachrum Saluatoris & discipulorum 12. mensæ velut assidentium eo ritu, quo in prima sacrosanctæ Cœnæ celebratione consedisse leguntur illi, subscriptis verbis institutionis illius, prout apud Euangelistas leguntur, quorum omnium & Pauli similiter ac Petri, Mariæ quoque matris Domini & Laurentii Martyris effigies iuxta collocatæ visuntur

Malmogia.

Malmogia, inter recentiores est Schaniæ ciuitates, vtpotè annum primũ à nato in carnem Seruatore M. CCC. XX. vel circiter condita, sub ipsa initia gubernationis Christophori II. Daniæ Regis. Eadem nunc tamen penè metropolis est Schaniæ, idq; per mercimonia, quibus inclaruit, ex quo piscatio circa hanc vrbem cœpit esse frequens, Lundia nonnihil remittente de pristina celebritate & claritudine. Maritima hæc est, à Lundia vix duobus distans milliaribus Germanicis, versus meridiem, à Corodinia quatuor: incolæ hanc nominant *Malmoê*, quod Latinè redditur Malmogia, vel secundum quosdam *Malmogium*: Arce munitissima insignis est, & ædificiorum magnificentia, quæ nusquam sunt per Schaniam, quàm in hac vrbe, magis splendida. Quo loco nunc arx est, ad occidentem nimirùm, ciuitati olim ædificia quædam erant pautò quàm in reliqua vrbe magnificentiora, curiam dixêre seu habitationem monetarii, Danicè Mym Heergarsten/ Hæc ab Erico VIII. Daniæ Rege primùm extructa anno Domini M. CCCC. XXXIIII. adiectis ei bonis quibusdam ruralibus. Cùm in bello Comitiano eam diruissent ciues seditiosi, iterum à Christiano III. restaurata est, & ad eam, qua nunc spectatur, magnificentiam

perdu-

perducta: Hæc reſtauratio inchoata eſt anno Domini M.D.XXXVII. Qua parte mare & Circium reſpicit Malmogia, muro toto cingitur, portis etiam quibuſdam peruio, ex quibus duæ ſunt celebratiſſimæ; altera, qua in arcem itur; altera, qua ad pontem, quo mare inſternitur, ad quem appellunt minora tantum nauigia, & ſi quæ Cimbæ cum hominibus vel mercibus, ſeu Hafnia adueniunt, ſeu Malmogia ſoluunt Hafniam nauigaturæ, vt eſt loco ex Schania in Silandiam traiectus frequens, milliarium circiter quatuor: Naues autem maiores (Holcadiæ dictæ) procul à ponte vel ciuitate conſiſtunt, velut in portu, tolerabiliori quidem illo, ſed non admodum tuto, præſertim flante Circio. Reliqua vrbis pars verſus continentem & auſtrum vallo ac foſſis probè munita eſt, paludibus etiam quibuſdam tutam eam præſtantibus, niſi vbi & horti ſunt (ſunt autem circa hanc vrbem frequentes) vel vinaria, piſcinæ. Portæ hîc ſunt præcipuæ: Orientalis vna; altera Meridionalis, quibus & turres impoſitæ viſuntur, cùm tormentis maioribus haud paucis, quæ ex turribus prominent: tertia porta Occidentalis, non æquè frequentatur, vt ſuperiores duæ, niſi cùm ſub littus Schaniæ exercetur Halecum piſcatio, quod fit quotannis ferè à feſto Bartholomæi ac Dionyſii vſq; per ſeptimanas circiter ſex continuas. Eſt enim hæc porta mari vicinior, eoque per eam ſicut per maritimas illas magna paſſim importatur per id tempus halecum ſeu harengarum copia: celeberrimus enim tunc & quotidianus eſt vrbe tota mercatus, exoticis etiam mercibus quàm plurimis in vrbem importatis nauigiorum beneficio, per portas maritimas. Quin &

per

per orientalem portam ac meridionalem non hoc tantũ tempore, ſed per totum alioquin annum plurimùm inuehitur frumenti, & aliarum rerum venalium, vt boum, agnorum, equorum, & ſi quid eſt generis eiuſdem; fœnum quoque & ligna, atque carbones, quamuis ligna ſuppeditant & nauigia. A ſaltibus enim ſeu ſyluis aliquando remotior eſt hæc ciuitas. Mediâ penè vrbe forum eſt ſpacioſum admodum & in eo verſus ortum domus ciuica, ſiue prætorium, amplum imprimis atque magnificum, ſub anno à nato Chriſto M. D. X LVI. impenſis ciuitatis haud mediocribus extructum, diruto prius, quod in ea vicinia eſt, monaſterio Franciſcanorum. Eſt in medio nunc foro ciſterna longè capaciſſima, quæ per canales & ꝑ cuniculos quoſdam ſubterraneos, eò ex quodam extra vrbem riuulo deducta, ad vſus quotidianos & neceſſarios omnibus in vicinia habitantibus, aquam fundit copioſiſſimam: Non procul à foro, orientem verſus, templum eſt D. Petro Apoſtolo olim dicatum, ſpacioſum id inprimis & magnificum, latericium tamen, fundamento excepto; ad occidentem adhæret turris, impoſita ei pyramide perquàm edita, laminis partim cupreis, partim plumbeis tecta tota. Quin & ſupra chorũ eminet pyramis, verùm priore & anguſtior multò & humilior. Hoc templum parochiale eſt toti ciuitati, quamuis frequentiſſimæ. Templo ad orientem iunctum eſt ſacellum, non quidem illud, celebre tamen, in quo ſacra olim fiebant, nunc pro Bibliotheca vſurpatur. Templo adiacet verſus ortum brumalem Schola, eaq; percelebris, in qua Rector ſiue Scholarcha vnus eſt, Hypodidaſcali autem quatuor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ottonium vulgò Odensch/ Metropolis Fioniæ, ciuitas Episcopalis, satis benè extructa, sed malè munita, quippe quæ per bella sæpè fuit depopulata & exusta. *Ottoniũ.*

PRVSSIÆ DVCATVS.

Dantiscum, vulgò Dantzig/ antiquis Gedanam dictum, à Gythonibus fortasse. Extructum est à Vismaro Rege, atque muris cinctum. Ciuitas hodie opulentissima est, Regiq; paret Poloniæ. *Dantiscũ.*

Mons Regius.

Mons Regius vulgò Königßberg/ ciuitas Prussiæ, ab Ottocaro Rege Bohemiæ, dum Prutenos expugnaret, extrui cœpta. Hodie Metropolis est Ducatus Prussiæ: Ciuitas maritima, ad Chronum siue Bregelam amnem sita. *Mons Regius.*

in hac Magni Magiſtri ordinis Teutonicorum ſedes fuit aliquando. Anno M. D. XLIV. die XVII. Auguſti ſtudio Alberti Marchionis Brandenburgici Ducis Pruſſiæ erecta ibi eſt ſchola.

POMERANIÆ DVCATVS:

Stetinũ.

Stetinum, vulgò **Stätin** / ſitum eſt ad Oderã: olim vicus fuit piſcatorum, poſteà in ciuitatis formam redactum. Emporio celebre eſt, quod ex Wineta vrbe eò translatum fertur. Eſtq; totius Pomeraniæ hodie metropolis, ac Ducatus titulo inſigne, amœniſſimum habens ſitum.

Gripſuualdia.

Gripſvvaldia, vulgò **Gribeßwalde** / ciuitas antiqua in Ducatu Wolgaſtenſi in Pomerania, multa olim paſſa eſt à Rugiis. Schola ibi erecta eſt an. M. CCCC. L. XVIII. Februarii.

Stralſundia.

Stralſundia, vulgò **Sünd oder Stralſünde** / ſita eſt ad mare, à Simone II. Duce Francorum inchoata: poſtmodum anno M. CC. IX. à Waldemaro II. Daniæ denuo erecta & aucta; olim Principem ſuum habuit, quem dixêre Bartenſem; Poſteà Pomeraniæ acceſſit. Oppidum hoc tempore ſplendidum eſt.

SILESIA.

Vratislauia.

Vratislauia, *Budorchis* Ptolomæo, vulgò **Breßlaw** / ſita eſt ad Oderam; Dugloſſus ſcribit eam extructam à Miceslao Duce Poloniæ, paulò antè annum Chriſti M. Epiſcopatus cum Eccleſia Cathedrali anno Chriſti M. XLI. à Caſimiro Rege Poloniæ ibi fundatus; poſteà ciuitas ita creuit, vt à veteribus Aureus Epiſcopatus fuerit appellatus. Paſſa ciuitas eſt hæc varias calamitates cauſa incendii, ita

vt an-

vt anno M. CCC. XLI. die VII. Septemb. tota fuerit exusta. Posteà à Carolo IIII. Imperatore noua formâ & arte sunt ciuitatis plateæ & domus extructæ ex lapide, atq; ita deinde ornatu creuit, vt hodiè nulli ciuitati totius Germaniæ cedat, imò priuatis publicisq; ædificiis magnificè extructa & platearum pulchritudine plerunq; reliquas vincere cõspicitur. Metropolis est Silesiæ. Memorabile est, q̃ anno M. D. XXIX. die S. Matthæo sacro manè turris templi S. Elisabethæ sine damno ceciderit, vti sequentia verba inscripta turri testantur:

MIRABILIS IN ALTIS DOMINVS.

Collapsa est turris Syloë madefacta cruore
Pyramide hac nostra nemo cadente perit.
Nam iussu Domini exceptam: cui gloria soli:
Angelicæ molem deposuêre molem.

Si quis vrbis huius situm, splendorem ædificiorum, turrium atq; templorum structuram atq; conuenientem platearum ordinem intueatur, item & soli circa vrbem fertilitatem, mercaturam & rerum omnium abundantiam, quæ in hac prouincia circa vrbem nascuntur, & ex diuersis partibus orbis in vrbem aduehuntur, consideret, cum prę-cipuis eam Germaniæ vrbibus certare dixerit, paucas aut nullas ei præferendas censebit. Quæ verò in hominum societate summa sunt ornamenta, in hac vrbe sunt præcipua. Aristocratica enim plena est dignitatis, & Senatui eximiâ reuerentiâ plebis obtemperat. Leges autem non ad vllius partis aut factionis commoditatem latæ, sed ad honestatem, iustitiæ conseruationem, & æqualem ciuium consociationem directæ. Et senatus est vigilans & acer in

legum defensione; in exercendis iudiciis, in disciplinæ conseruatione, in puniendis delictis, & in tuenda pace. Sed & de iure quoq; in hac vrbe à Scabinis & eorum assessoribus, quibuscunq; in hac prouincia consulentibus respondetur. Sunt & omnis generis artes vitæ vtiles in ciuitate.

Nissa. *Nissa*, Episcopalis est ciuitas, eamq; cognominis fluuius alluit.

AVSTRASIA.

Metis. *Metis*, vulgò Metz, sita est ad Mosellam fluuium, nomen sumpsisse videtur à Metio Romano; putantur hanc olim incoluisse Mediomatrices. Hanc sibi subieciisse vi dicitur Iulius Cæsar: vt hi versus ibi in lapide excisi inuenti testantur:

Tempore quo Gallis, Cæsarq; sua intulit arma,
Tunc Mediomatricam deuicit Mutius vrbem.

Dagobertus Rex Franciæ Ecclesiam ibi erexit Cathedralem; Clemens Episcopus I. fuit à Clemente Pontifice eò missus, qui ciuitatem hanc ad fidem conuertisse, & templũ S. Petri & Stephani construxisse dicitur; licet alii scribant aliter: Hodiè ciuitas magna est, & ornata insignibus palatiis.

FRANCONIÆ DVCATVS.

VVirceburgum.

VVirce-burgum. *VVirceburgum* situm est ad fluuium Mœnum, à Conrado Celte dicitur *Erebipolis*, à Ligurino *Herbipolis*, à Spanhemio, *Marcopolis*, à Ptolomæo *Arctauium*, vulgò dicitur Würtzburg. Existimatur aliquibus à Græcis post bellum Troianum extrui cœpta: verum id aliis fabulosum videtur, & S. Kilianus hanc ciuitatem ad fidem Christi conuer-

tit,

tit, quo tempore ea subiecta fuit Gotzberto Duci suo. S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus anno Christi D.

CC.LI. in hac ciuitate erexit Episcopatum. Anno Christi M. CCCC. III. Ioannes Episcopus hic Academiam erexit, quæ septem tantum annis durauit; deinde ob seditiones inter ciues & clerum ortas, periit. Ciuitas hæc metropolis est Franconiæ; arx in monte sita ciuitati imminet; structura mirabilis atq; ferè inexpugnabilis, vti manifestè docuit tumultuantium rusticorũ exercitus, qui cùm cætera depopulatus esset omnia, arcem hanc expugnare non potuit; in hac arce sedem fixit Episcopus, qui itidem Dux est Franconiæ; is est hoc tempore Iulius ex nobili Exterorum prosapia ortus, qui ciuitatem hanc miris ornamentis decorauit. Inter cætera, quæ referre nimis lon-

gum esset, duo non sunt omittenda, inprimis hospitale illud in pauperum varii generis sustentationem, ægrorum curationem extructum, adeò pomposum, vt non pauperum domus, sed Ducis palatium haberi possit, atque amplum & capax, vt ciuitates me vidisse non paucas affirmare non dubitem, quæ magnitudine ab hospitali hoc superentur. Aliud ab eodem Episcopo extructum est, Academia amplissimè dotata collegiis, vno quidem Philosophiæ & Theologiæ, altero verò Iurisprudentiæ dicato, priori accesserunt scholæ, in quibus superiores facultates explicantur: nec non templum Vniuersitatis mirifica arte, maximisque sumptibus extructum; vt breuiter dicam; Ædificium hoc tale est ac tantum, vt in vniuersa Italia (quæ alioqui reliquas prouincias ac regiones ædificiorum splendore solet superare) nullum huic simile, quod Vniuersitati concessum sit, reperiatur. Professores quoque ad hanc suam Vniuersitatem maximis salariis inuitauit doctissimos, non ex Franconia modò, sed & vniuersa Germania superiori & inferiori; imò ex Gallia & Scotia. Hinc factum est, vt vndique Studiosi diuersarũ facultatum eò confluãt; Germani, Belgæ, Galli: imò & Polonos ibi videre est, non rarò vltra quinquaginta; in summa, Studiosorum ordinarius numerus millenarius est, sed non rarò centum vel ducentis auctior: ita vt meritò hæc Vniuersitas cum quauis Germaniæ certare possit.

Bamberga.

Bamberga, sita ad fluuium Regnitz/ primùm vocata fuit Babenberg/ hoc est, *Mons Babæ*, à Baba Ottonis Ducis Saxonis filia, atq; vxore Alberti Comitis Bambergen-

sis

sis. Alii ciuitatem hanc vocant *Pauonis montem* Pfauwenberg/vti Gotfridus Viterbiensis, qui ita canit:

Tramaricus fluuius vulgò Radiantia dictus,
Montis Pauonis vrbis amœna colit.
Nomine mutato mons Babenberga vocatur.
Montis ab vrbe tamen culmina clerus habet.

Celtes quoq; lib. 3. Odarum:

Iane Bamberga genitus vetusta,
Quæ fuit quondam ambitiosa sedes
Cæsarum, Regnesus vbi subintrat
Gurgite Mœnum.

Anno M.VII. per mortem Reinhardi vltimi Comitis accessit Imperio: posteà ad instantiam vxoris Henrici I. Imper. facta est Episcopalis.

Schueinfurdia.

Sbcuuein-

Schvvein. fordia.

Schuueinfordia ad Mœnum sita, est in medio propè Franconiæ. Propter oppignorationes varia passa est hæc ciuitas. Olim hîc insigne Benedictinorum monasterium, quod postea cessit ordini Teutonico. Agrum habet vino ac frugibus abundantem. Mercatus hîc frumẽti insignis. Molendina artificiosè extructa videre est, quæ non incolis modò, sed externis quoque vicinis plurimum adferunt commodi. Magnam accepit cladem anno M.D. LIII. ab Alberto Marchione Brandenburgensi & Henrico Duci Brunsuuicensi.

Kitzinga.

Kitzinga, sita est ad Mœnum. In hac ciuitate anno D.CC. XLIX. Tecla virgo ordinatione S. Bonifacii Euangelium prædicasse dicitur.

Francofurtum.

Fran-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Francofordia ad Mænum sita, vulgò **Franckfurt am Mayn**/ ad distinctionem alterius Francofordiæ ad Oderam sitæ: antiquitus Helenopolis ab Imperatrice Helena Constantini Magni matre vocata. Alii dicunt hanc ciuitatem anno 774. extrui cœptam à Franconibus sub Rege Carolo Magno, postea verò collapsam & à Franco Marcomiri IIII. filio, (vti scribit Hunibaldus) Duce Franconiæ restauratam, ab eoq; denominatam. Ciuitas hæc in duas partes à Mœno perfluente distinguitur, quæ põte lapideo connectuntur. De hac ciuitate ita canit quidam: *Francofordia.*

——————rapido quæ proxima Mœno
Clara situ, populoq; frequens, viriſq; decora:
Sed inde nomen habet. Nam Teutonus incola dixit
Francefurt: mihi ſed liceat ſermone Latino
Francorum dixiſſe vadum, &c.——————

Ciuitas hoc tempore est Imperialis, ac binis nundinis quotannis celeberrimum nobiliſſimumq; Germaniæ totius emporium. Hîc Romanos Reges eligi à duobus Electoribus mos est: pluribus aliis priuilegiis hæc ciuitas ab Imperatoribus donata est.

Fridberga.

Fridberga, vrbs est Imperii, quæ vt vetustate nunc gaudet, sic quondam ob commercia frequentia, virtutisq; antiquæ studium nobile nomen obtinuit. Condita ea fertur non longè à nato Christo: postmodum anno Dei hominis M. CC. XI. ampliſſimis priuilegiis, regalibus, gratiis, & immunitatibus, propter ſingularia hoſpitalitatis Cæſ. Maieſtati exhibita beneficia, donata: Vnde propter *Fridberga.*

eandem hoſpitalitatem non rarò Imperatores in ea diuertiſſe leguntur. Nomen adepta eſt à Friderico II. Fuê-

re autem olim huius vrbis pomœria largiſſima, ſed nunc, vt omnia in peius ruunt, valdè acciſa. Nec mirum, cùm per incendia non ſemel, breui temporis ſpatio iterata, tota ciuitas in cineres ſit redacta, adeò, vt nulla ſpes ſalutis ſupereſſet: paulatim tamen nunc repullulaſcit, illatumq; incendio|detrimentum concoquit. Sita eſt in ſolo fertili, pingui, quippe, quæ ſuis enatis frugibus non ſolũ alimenta ſuppeditare neceſſaria, ſed & exteras nationes vbertim alere poſſet. Habuit aliquando emporium celebre, quo nunc Francofurtum gaudet, propter & temporis & loci iniuriam. Hoc laudandum in hac vrbe, quod ſit pietatis &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erga Deum & erga homines ſtudioſiſſima. Qua in laude vt perſeueret, communibus orandũ erat precibus.

MOGVNTINVS EPISCOPATVS.

Moguntia.

Moguntia vulgò **Meintz**/ aliis *Moguntiacum*. Sita eſt hæc ciuitas ad Rhenum, vbi eum influit Mœnus. Extructa dicitur à Trabata Nini Regis Aſſyriorum filio; alii à Moguntio quodam Troiano ædificatam exiſtimant. Ciuitas eſt Epiſcopalis ac Metropolitana. Primi eius Epiſcopi fuiſſe dicuntur Creſcens & Creſcentius diſcipuli Apoſtoli Pauli. Sãctus verò Bonifacius primus fuit Archiepiſcopus. Academia hîc erecta eſt à Theodorico Epiſcopo. Huic ciuitati aſcribiſolet Typographiæ inuẽtio: Vrbs ſanè nobilis *Moguntia.*

est, & multis antiquitatibus clara. Præsuli suo proprio Archiepiscopo ac Electori, nec non S. Imperii Cancellario paret.

Hanouia.

Hanouia. *Hanouia*, vulgò Hanaw / ciuitas & arx non procul à Mœno sitæ, vbi fluuius Kitzing in Mœnum fluit. Comitatus titulo insignitur. Ornant eam templa, scholæ, curia, & nundinæ annuæ binę, quarum vna die Lunæ post Dominicam Trinitatis, altera verò Dominica post S. Martinum celebratur. Ager circumcirca fertilis est, venatu insignis.

BVCHONIA.

Fulda.

Fulda. *Fulda* sita est inter Thuringiam, Hassiam & Franconiam:

niam: extructa à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, ſub Conſtantino V. inſigni ornata eſt Monaſterio, quod

fundatum eſt ſub Sturmi primo Abbate, qui anno D. CC. L. à Bonifacio ei præfectus eſt: Alii referunt monaſterium quidem à S. Bonifacio ſub Carolo Magno extructũ; poſteà verò in ciuitatem excreuiſſe: Alii demum à Marquardo I. (qui fuit inter Abbates XXIX.) pagũ Fuldam dictum muris cinctum & in ciuitatem commutatum: Nomen autem ſumpſiſſe videtur ab amne interfluo.

Hirsfeldia, vulgò *Herßfeldt*/ antiquitus *Herolsfeldt*/ vocata, ab Herolfo extructa. Ciuitas valde antiqua eſt. Templum collegiatum anno D. CC. XXXVII. ab Archipræſule Lullo extructum miro artificio, territorium autem emit Bonifacius proprio ære. Donatum à Pipino *Hirsfeldia.*

& Carolo Magno variis priuilegiis; imò Caroli Magni literæ, quibus continetur priuilegium, ibidem adhuc asseruantur. Templum hoc anno Christi M.XXXVII. incendio absumptum fuit, posteà à Meginhero & Ruthardo abbatibus restauratum. Gymnasium illustre anno M. D. LXIX. ab Abbate Michaele ibi fundatũ, ad quod contulit quadraginta millia Thalerorum, quod à successore eius Ludouico Abbate conseruatur & augetur. Templum mira arte extructum est: nam tota moles nititur sedecim columnis, ex singulis integris siue solidis lapidibus constructis: Sunt autem singulæ columnæ altitudine 30. pedũ. Ad chorographiam Hirsfeldiæ hoc legitur carmen appositum.

Quàm pictor hîc Hirsfeldiam
Delineauit: Hassiaci
Ad Fuldæ aquas, sic in sua
Circumferentia datur.
Verùm vnde nomen sumpserit
Primùm, ambigitur: Sed Martius
Campus, Generosi exercitus
Illi indidisse creditur
Nomen: vocaueris eam
Hinc optimè Heresfeldiam.

I. Hart. Amb. Palatin.

Licha. *Licha* in dominatu Mintzenbergico oppidum primarium, in loco amœno situm, ad Wetterim fluuium, à quo fluuio pratum Weteris, vulgò Wetteraw / denominationem habet. Colonia illud est aliquot vicinarum & quõdam celebrium villarum, Hausen scilicet, Rosenschid, & Westburg, quæ propter crebras grassationes hostiles cir-

catem-

ca tempora Adolphi Nassouii, vt coniectura est, sese intra muros Lichenses receperunt, & sub Alberto I. Austriaco posteà iura & priuilegia municipalia impetrarunt. Arx præclara & antiqua sedes Comitum Solmensium. Præter muros verò tandem Philippus Comes Solmensis fossis & vallo tam arcem quam oppidum ipsum muniuit. Qui ibidem etiam ædem sacram quondam D. Virgini sacratam & liberaliter priuilegiis & reditibus à Philippo Falckensteinio Comite dotatam amplificare & de nouo quasi instaurare cœpit, Anno M. D. X.

Arnspurgum.

Ab hoc non planè dimidium miliare distat monasterium locupletissimum Arnspurgum, Aquilæ castrum aliàs dictum, professionis & ordinis Cistertiensis, à Cunone quondam Comite Falckensteinio & Domino in Mintzẽberg, anno MXCIV. fundatum, & ampliſſimis villis & reditibus dotatum; Cuius hodie Comites Solmenses & Domini in Mintzenberg patroni sunt hæreditarii.

NEMETES.

Spira.

Spira.

Spira vulgò Speyer/non longè à Rheno sita, ante quingentos annos Nemetum dicta. Nomen autem Spiræ recens omninò est, tempore Ottonis Imperatoris nondum vsitatum. Peutingerus existimat à mola nomen sumpsisse, vnde Sebastianus Brandt:

Inter Germanos quondam celeberrima Spira,
Quondam hæc à molis nomen habere studens.

Primùm pagus quidam fuisse dicitur, quem Rudugerus Episco-

piſcopus auxit, deinde muris cinxit prope fluuium, qui ex montibus fluit, ciuitatemq; perlabitur. Ciuitas verò antiqua Nemetum à Romanis ædificata dicitur, extititq; Iulii

Cæſaris temporibus, vti antiqua Ethnicorum ædificia, imagines & templa teſtantur, quorum pleraq; Dagobertus Rex Francorum deiecit. Hodie Iuſtitia Imperatoris in hac ciuitate exercetur. Templũ eius cathedrale (quod nullo ferè alio loco Germaniæ obſeruatur) exactè reſpicit Orientem. De hac ciuitate ita quidam:

Vrbs iacet adripas Rheni, quæ SPIRA vocatur,
Iuſtitiæ ſedes, iudiciiq; locus:
Imperii regale decus, præclara virorum
Fixit in hac ædes vrbe corona ſuas.

Condi-

Condidit hanc fortis Cæsar Constantius olim:
Cuius mater ibi contumulata iacet.

VANGIONES.

VVormatia.

VVormatia, sita est ad Rhenũ, loco valdè amœno, antiquitus caput Vangionum fuit: Extructa dicitur à Trebata, sicut & Treuirorum ciuitas: Deinde ab Attila destructa, atq; à Carolo Magno reædificata fuit: Videtur Ptolomæo dicta Berthomagum. Ligurius vocat Wormatiam lib. 5. his versibus: *VVormatia.*

VVormatiamq; petit, medio quem gurgite Rhenus,
Gallica Germanis superauit rura colonus.

TRIBOCES, Alsati videlicet ARGENTINENSES.

Colmaria

Colmaria, in medio Alsatiæ sita est, ad fluuium Ellum. Quidam ciuitatem hanc ex ruinis antiquæ Argentariæ Romanorum coloniam ortam volunt: alii verò existimãt Wulfelium Imperatoris II. vicarium ex pago eam in ciuitatem vertisse.

Argentina

Argentina.

Argentina vel *Argentoratum*, vulgò Straßburg: Hæc quoq; ciuitas à Trebata extructa putatur; vnde & aliquibus *Trebesburgum* siue *Tyrasburgum* vocata fuit. Nomen quidem Argentinæ sumpsisse putatur à Romanis, qui ibi thesauros suos seruasse referuntur. Straßburg verò dicta videtur à platea. Etenim Attila Hunnorum Rex ciuitatem hanc destruxisse, perque eius medium plateam amplam

con-

conſtruxiſſe fertur. Templum cathedrale anno M. CC. VII. inchoatum eſt, & ſpatio XXVIII. annorum vſq; ad eum ſtatum perductum, in quo iam conſpicitur. An. Chriſti M. IIII. poſt ruinã ab Attila paſſam, ab Henrico II. Imp. primo anno Imperii iterum ædificata eſt. De hac ciuitate ita Volaterranus lib. 7.

Huic vrbi celſæ metiuntur mœnia turris,
Nam mihi percupidè nunc Argentaria cordi eſt,
Teutonicis præſtat, grandi quæ vertice templi
Vrbs præclara ſitu Rheni contermina ripis,
Gloria præcipuè Rhenanis maxima terris.

Ciuitatem hãc perluit fluuius Ellus, qui deinde ſe in Rhenũ exonerat.

BRISGOIA, PARS SVEVIÆ.

Friburgum.

Friburgū. *Friburgum*, à Duce Bertholdo IIII. filio Conradi I. von Zeringen/ſub Henrico V. Imperatore extructum, cùm anteà pagus eſſet. Academia ibi erecta eſt anno M.CCCC LIX. vbi etiam circa illud tempus docuit Vdalricus Zaſius celebris Iuriſconſultus.

Briſacū. *Briſacum* (vnde Priſgauiæ nomen) Rhenana vrbs eſt.

VALESIA.

Sedunum, vulgò Sitten/Metropolis Valeſiæ; in hac ciuitate incolæ duas habent linguas, Gallicam videlicet & Germanicam.

SVNGOVIA.

Baſilæa.

Baſilæa

Basilea.

Basilæa, vulgò Basel/sita est ad fluuium Virsum & Rhenum. Nomen Basileæ varii variè deducunt. Beatus Rhenanus à traiectu, quem Gallica lingua Pas vocant, originem traxisse existimat, vt sit dicta Basilæa quasi Passilea; Aliquibus *Augusta Rauracorum* dicitur. In hac ciuitate insignis est viarum mundicies atque amœnitas, iis præsertim, quibus à tergo est viridarium D. Petri, & Prædicatorum cœnobium, amplas areas & hortos ampliſſimos habentibus, & quæ Rhenum aspectant. Templorum satis magnus est numerus. Diuiditur in dũas ciuitates, vna est ex parte Galliæ, vocaturq; Basilæa magna, estque antiqua ciuitas Episcopalis. Altera Basilæa minor ex parte Germaniæ. Coniungitur vtraq; ciuitas ponte vltra Rhenum constructo. Hanc ciuitatem anno M. CCCC. LX. Pius Pontifex Academia ornauit, cuius primus Rector fuit electus eiusdem anni die 4. Aprilis, Georgius von Andelaw/ Præpositus Basilienſis. Illustrat eam ciuitatem hodie Typographorum solertia.

VINDELICIA & RHÆTHIA.

Augusta Vindelicorum.

Augusta Vindelicorum

Augusta Vindelicorum, vulgò Augspurg/sita est ad fluuium Lycum, vulgò Lech/ dictum; antiquitus dictam ferunt *Sisariam* à Sisa vel Isida Dea, quæ ibi colebatur. Antiquitas eius mira refertur, dissentientibus omninò authoribus, de qua legatur Matthæus Velserus, quem Augustanas antiquitates descripsisse intelligo. Hodie ea est ciuitas valdè munita turribus, muris, aggeribus, fossis, tormentis

bellicis, quibus maxima ædificia ad id extructa sunt, repleta. Mercatores in hac ciuitate fuerunt, suntq; etiamnum



ditissimi. Primus eius Episcopus fuit Zosimus, qui XVIII. annis in Episcopatu resedit. Templum B. Virginis extructum est ab Episcopo Zeiso.

Vlma.

Vlma. *Vlma*, vulgò Vlm, sita est ad Danubium, vbi fluuius Hylerus & Blauus in illum influunt. Nomen habere putatur ab vlmis, vel ab vligine quia territorium Vlmense vliginosum est, abundans vlmis, sicuti id genus arborum tali gaudet terra: vnde quidam:

Vlma decus Sueuiæ, qua prima ab origine ducat
Principium, nullis stat certum annalibus, extat
Nomen, quod Latio desumptum est fonte, quod apta.

Vlmensis posita est plena hæc vligine terra.
Picus. *Spectarunt fontes ipsis sub mœnibus Vlmæ.*

Ciuitas hæc à Carolo Magno aucta, ab Imperatore Frederico III. ciuitas facta imperialis. Ab Imperatore Lothario II. destructa anno M, C. XXVIII. deinde ab Imperatore Conrado III. anno M. C. XL. iterum erecta triplo maior, quàm fuerat antea. Templo ornatur insigni, turríque in eodem templo excelsa; in quam sumptus facti dicuntur à principio vsque ad operis finem 900000. florenorũ.

Fridberga ciuitas, distat ab Augusta exiguo milliari vltra fluuium Lycum à Ludouico Duce Bauariæ sub Frederico II. contra Augustanos extructa, muris & turribus munita. *Fridberga.*

ALGAVIA, SVEVIÆ PARS.

Memmingiacum. *Memmingiacũ*, Ciuitas Algauiæ, cuius charta per vniuersam Germaniam valdè est celebris.

TVRGOVIA, SVEVIÆ PARS.

S. Gallus. *S. Gallus*, vulgò S. Gallen / ciuitas est cœnobio ornata: nomen sumpsit à S. Gallo Eremita ex Insula aliqua Britannica orto, qui in ea ciuitate sub Cæsare Heracleo & Dagoberto Magno Rege Galliæ resedit.

PODAMICI LACVS ORA IN SVEVIA.

Constantia. *Constantia*, vulgò Constantz / hodiè Costnitz / sita est ad Lacum Podamicum, vulgò Bodensee dictum, ad Rheni eam partem, qua Heluetios respicit. A Constantio Imperatoris Constantini Magni patre, vel à Constantino II. Cõstantini Magni filio muris cincta putatur, indeq; sumpsisse nomen. Anteà Vitodura, Gannodurum, & Gamnodurum dicta traditur.

EGRAVIA PARS SVEVIÆ.

Thermæ Heluetcæ *Thermæ Helueticæ*, vulgò vocantur Ober Baden.

HEGOVIA SVEVIÆ.

Cregia. *Cregia* arx est insignis.

CLERGAVIA SVEVIÆ.

Halauu. *Halauu* vicus est in Clergauia situs.

MARTIANVM NEMVS, PARS SVEVIÆ.

Rotuuila. *Rotuuila*, ciuitas est ad Martianum nemus sita.

NORDGAVIA SVEVIÆ.

VVissenburgum. *VVissenburgum*, vulgò Weissenburg / quasi album Castrum

Castrum, situm est non longè à Rheno ad partes Galliæ, antiquis Sebusium dictum. Hic Dagobertus Rex Galliæ Abbatiam erexit valdè heroicam, cui ciuitas primùm paruit: licet posteà Imperio adiuncta sit.

NECKARIVS TRACTVS.

Eslinga, vulgò **Eßlingen**/ sita est ad Neckarum fluuium: ciuitas est Imperialis. *Eslinga.*

VVimpina, vulgò **Wimpffen**/ sita est ad Neckarum, sumpsisse nomen putatur quibusdam à martyrio & tormẽto mulierum, quasi **Weib-Pein**. Etenim ciuitas hæc olim ab Hunnis destructa, viri occisi, mulieribus vbera amputata fuerunt. Anteà Cornelia dicta fuisse traditur. *VVimpina*

RISA, PARS SVEVIÆ.

Nordlinga vel *Nordlingiacum*, vulgò **Nordlingen**/ à Claudio Tyberio Nerone, triginta quatuor annis, antequam ad Imperium eueheretur, nomen sumpsisse scribitur: dum videlicet sub Cæsare Augusto militaret, vt Nordlinga sit quasi Nerolinga, quia Nero cum exercitu suo ibi hyemem trãsegit. Primùm ciuitas extructa est in monte, vbi adhuc parochiale templum S. Emerani situm est: quæ cùm igne vastata esset, posteà cura Imperatorum in valle ad fluuiũ **Eger** dictum erecta est. Anno iterum M. CC. XXXVIII. igne conflagrauit, posteà sensim iterum erigi cœpit, anno M. CCC. XXVII. aucta est; multa bella pertulit. *Nordlinga.*

Heidenshemium monasterium est & castrum in Hane campo situm. *Heidenshemium.*

BADENSIS MARCHIONATVS. IN SVEVIA.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Badena ciuitas, vulgò Baden/ vocatur & Thermæ inferiores, non longè ſita eſt à Rheno intra montes: duas habet arces ferè inexpugnabiles. Thermæ ibi ſunt valdè excellentes, adeò calidæ, vt ad porcorum depilationem ſufficiant. M. Aurelius Antonius Romanorum Imperator cauſâ harum thermarum ciuitatem hanc anno Chriſti CC. XXVI. extruxit; alii volunt eum primum fuiſſe harum thermarum inuentorem, vide Volateranum libro 7: Philippus Beroaldus in quadam epiſtola ita ſcribit: Quod referam ciuitatẽ inclytam inter latiſſimæ Germaniæ ciuitates, haud longè à Rheno ſitam, duarum arcium munitiſſimam? his propè inexpugnabilis conſpicitur: illic thermæ ſunt ſalutares. Ibi literis penè exoletis ſcriptum eſt, Antonium Imperatorem vrbis conditorem extitiſſe. Hæc Beroaldus. Ciuitas hæc ſedes eſt Principis hoc tempore.

WIRTEMBERGENSIS DVCATVS IN SVEVIA.

Stutgardia. *Stutgardia*, metropolis & ſedes eſt Ducis. Ab hac ciuitate comitatus Stutgardicus nomen deſumit; à Wandalis extructa eſt, poſteà verò reſtaurata à Marchione Ioanne I. Electore Brandenburgenſi, & Ottone III. Anno autem M.CC. XC. Albertus IIII. Marchio Brandenburgicus, Princeps Anhaltin. filius Ottonis IIII. filiæ ſuæ Beatrici dotis loco dedit, quæ Henrico Leoni Vandalo nupſit.

Reutlinga *Reutlinga*, ad Neckarum ſita in Ducatu VVirtembergenſi, anno M.CC.XL. à Frederico II. Imperatore ex pago fa-

go facta ciuitas, alii dicunt anno M. CC. LXXII. Ciuitas hæc famosa est ob molas papyraceas.

Tubinga.

Tubinga, vulgò Tübingen / ad Neckarum sita in Sueuia; hîc aliquando resederunt Comites Palatini, sed Gozo & Guilhelmus vltimi Comites Palatini hoc dominium vendiderunt Vlricho Duci Wirtenbergensi anno M. CCC. XLII. Vrbs admodum elegans, frumento & vino abundans, quæ & copioso & generoso prouentu tam incolis quàm vicinis communicat, vtramq; Neckari ripam, lapideo ponte coniungit, arce, vinifero colle, Canonicorum collegio, & rei literariæ ornamento, Vniuersitate cõspicua, vt non minore gloria V Virtembergensem ditionẽ *Tubinga.*

vniuersale hoc studium illustrârit, quàm quod anno Salutis M. CCCC. XCV. in Wormatiensi conuentu à Maximiliano Augusto ex Wirtembergensi Comitatu Ducatus sit constitutus, ob insignes & heroicas Eberhardi Wirtembergensis & Montispeligardi Comitis virtutes, qui primus eo tempore publicum Principum consessu Dux est appellatus. Is, etsi latinis literis imbutus non fuerit (impedientibus id, sub quibus educatus est, tutoribus) eruditorum tamen virorum consuetudine mirificè delectatus est; legendis namque Teutonicis scriptis multarum rerum cognitionem & experimenta est consequutus, & plurima sibi ex Latino in vernaculum sermonem transferri curauit, Is igitur multo rerum vsu edoctus, quanti referat principem virum, rerum & scientiarum cognitione imbui: Tutoribus ob neglectam sui institutionem semper offensus fuit. Ac proindè cùm videret, quanto passim in honore docti viri, ac boni haberentur, neq; in Ducatu suo vllum Musis esset domicilium, cuius occasione subditorum filii liberalibus disciplinis imbuerentur, ideò Vniuersitatẽ studii generalis anno M. CCCC. LXXVII. in oppido suo Tubingensi, Pontificia & Imperiali auctoritate priuilegiatam, instituit; quæ accuratè deinde reformata & aucta fuit anno Domini M. D. XXII.

PALATINATVS INFERIOR:

Heidelberga.

Heidelberga.

Heidelberga, vulgò Heydelberg/ ad radices montium sita, Neckaro alluitur, Ptolomæo *Budoris* vocatur: aliis Ettelberg/vel Ettelburg/vocata fuit; quibusdam etiam *Panoria.*

noria. Quidam nomen Heydelberg deducunt ab Heydelbeern/hoc est myrtis, qui in monte creuerunt, cuius etiam

opinionis dicitur esse P. Melissus, qui montem myrtorum vel Vrbem Myrtileti vocat: alii vrbis vocabulum à Gentibus (Germanicè Heyden) deriuant; quod videlicet propter loci opportunitatem nunquam cultoribus vacuus videatur: Aliis placet, vt leuiter immutatum nomen quasi Adelburg sit, propter nobilitatem videlicet. Vrbs hoc tempore elegans, magnifica & potens: Metropolis & Principum Palatinorum sedes. Gymnasium habet antiquum & nobile, quod anno M. CCC. XLVI. ibi fundatum, & à Ruperto Seniore Principe Palatino variis priuilegiis ornatum est.

NORICVM.

Norimberga.

Norimberga.

Norimberga, vulgò Nürnberg/ sita est ad Pegnitium amnem, qui vrbem interluit. Castrum Noricum ibidem constructum fuit à Claudio Tyberio Imperatore, vnde etiam Neronis Castrum dictum fuit: Alii Norimberga interpretantur Montem Noricum, à Noricis, qui ibi sedem fixerê. Olim subiecta fuit Alberto Duci Franciæ, post cuius mortem Imperio accessit sub Ludouico III. Imperatore, qui eam quoque auxit, muro cinxit, sub Carolo IIII. iterum aucta obductis muris amplioribus, fossisque profundioribus: Sicuti & an. M.D.XXXVIII. iterum factum fuit. Hodie ciuitas hæc totius Germaniæ ferè maxima &

amplif-

ampliſſima eſt, ita vt 128. contineat plateas, vndecim pontes lapideos, qui duas vrbis partes coniungunt. Fluuius per ciuitatem tranſiens 68. rotas molendinorum vertit.

BAVARIÆ DVCATVS. & SALTZBVRGENSIS EPISCOPATVS.

Saltzburgum

Saltzburgum vel *Salisburgum*, vulgò Saltzburg/à Saltzach fluuio nomen accepiſſe creditur. *Iuuantia*, vel *Iuuania*, vel *Iuuanium* olim dictum fuit à iuuando, Germanicè Helffenburg/quod caſtrum ibi extruxerit Iulius Cæſar, iuuamen ſeu ſubſidium ac refugium legionibus ſuis contra Germanos, quos debellaturus erat. Traduntur namq; Romani cæcidiſſe Germanorum 340000. atque 150000. in captiuitatem duxiſſe. Alii nomen Iuuaniæ à Iuuanio cognomini & adiacente fluuio obtinuiſſe credunt. Ciuitas hæc anno DC. XL. à S. Ruperto Wormatienſi ad fidem catholicam perducta eſt. Hodie Metropolis eſt Bauariæ & Epiſcopatus.

Monachium.

Monachium vulgò München / ſitum eſt ad Iſaram in Danubium profluentem; extructum eſt ab Henrico Duce Bauariæ anno D. CCCC. LXII. ſub Ottone I. Imperatore. Nomen autem ſumpſiſſe refertur à Monacho, quod in extructione ciuitatis Monachi ſit inuentum caput. Anno M. C. L V II. ab Ottone Duce Bauariæ muris cinctum eſt: poſteà à variis vario modo fuit auctum. Hoc tempore ciuitas reliquas Germaniæ amœnitate vincere

Menachium.

dici-

dicitur: quare etiam digniſſima habita eſt, vt Principis eſſet ſedes. Vrbis huius tam externus quàm internus ſitus

multis opportunitatibus eſt amœniſſimus: aëre temperatiſſimo ſaluberrimus: Inter Oenum & Lycum amnes, illum orientalem, hunc occidentalem, vtrunque vnius diei itinere diſtantem, Iſara medius interlabitur, ab oriente Waſſerburgum, ab occidente Auguſtam, à Septentrione Friſingam, à meridie verò cùm pulcherrimos & diuerſis piſcium delicatiſſimorum generibus abundantes lacus, tum varia quaſi de induſtria & arte ad amœnitatem conſita nemora habet, quæ paſſim circumquaque habet, numeroſis diuerſarum ferarum, præcipuè verò ceruorum cateruatim diſcurrentium gregibus referta. Montes Ty-

rolen-

rolenſes, tanquam præ foribus, Meridiem verſus aſpicit. Hortos ſuburbanos orienti Soli expoſitos limpidiſſimi riuuli ex amne deducti murmure gratiſſimo præterlabentes rigant, mirificèq; recreant. Nouus ipſius Ducis iuxta nouum caſtrum hortus, præter artificioſum fontem & domum æſtiuam pulcherrimis picturis ac ſtatuis ornatam. Hoc ſingulare habet, ꝙ vix vſquã alibi reperire ſit, vt crepuſculo appetente veſpertino, magnus ceruorum grex, interdum centum aut plurium, ſub ipſas propemodũ feneſtras ſpontè accedat. Si in ipſam vrbem ingrediamur, vbi videre eſt quàm latæ, quàm nitidæ plateæ, quam ſuperbis & elegantibus ſplendeſcant ædificiis, quantam deniq; vtilitatẽ, quantamq; voluptatẽ canales ex Iſaræ alueo triplici diuertigio introducti ciuibus adferant. Templa hîc varia, ſed duo turribus altiſſimis præ cæteris eminent, quæ & parochiæ collegiatæ ſunt, D. Petri & Deiparæ virginis, in quo mauſeolum Bauariæ Ducum, vbi & Ludouicus IIII, huius nominis Imperator ſepultus eſt, viſitur. Turres verò huius templi binæ columnarum inſtar eadem latitudine, eadem altitudine ad CCC. XXXIII. pedes aſſurgunt. Organum eius templi maius compactum eſt fiſtulis ligneis ex buxo tornatilibus, tantæ quidem capacitatis, vt vix vſpiam tantæ conſpiciantur ex plumbo & ſtanno fuſiles. Monaſteria hæc vrbs celebriora, quæ præcipua vigeant, tria habet, vnum Franciſcanorum, Auguſtanorum alterum; tertium verò D. Iacobo conſecratum, quod Monialium eſt. Duo item minora cœnobia Virginum, ordinis D. Franciſci, Franciſcanis vicina. Cœmiteria duo ſeorſum, duabus parochiis deſtinata, ſacellum

quodq; ſuum habent, quorum vni coniunctum eſt Noſocomium, tertium ſuburbanum Saluatori dicatum nuper extructum eſt nouum. Eſt & S. Spiritus ædes, cui Xenodochium contiguum. Inter ædificia noua, quibus vrbs indies magis ac magis illuſtratur, præcipuum eſt templum D. Michaeli Archangelo dicatum, vnà cum integris iiſq; ampliſſimis ædibus, quas patribus Societatis Ieſu Dux Guilielmus à fundamentis extruxit, iis ſcholæ coniunctæ ſunt ad inſtituendam iuuentutem, quæ ex diuerſis nationibus huc magno ſe confluxu recipit magnificentiſſimè. Aliud ædificium nouum, vt nouo caſtro maiorem ſplendorem commoditatemq; adferat, iuxta interiorem hortum, quem variæ variarum elegantiarum deliciæ exornant, conſtructum, cui vicina Bibliotheca eſt XI. circiter millibus voluminum (quorum non exigua pars diuerſarum linguarum manuſcripti ſunt) ſeorſim & ſcitiſſimè compactorum refertiſſima, theatro peramplo & amœno diſtincta; Infrà verò theatrum hoc ſtatuarium eſt antiquiſſimorum monumentorum atq; imaginum, quæ Romæ & aliundè magno ære congeſtæ ſunt. Ditiſſimum caſtro nouo per anfractum adhæret atrium omni elegantiarum ac deliciarum genere, quas vel natura vel hominum ars ſubtiles & miraculum ſtupendas dedit, inſtructum; in quod, quotieſcunque quis vel curioſiſſimus ingrediatur, quod nouum admiretur, inuenit, vſq; adeò vaga ibi rerum ſupellex atque varietas conſpicitur. In curia Ducali veteri aluntur tygrides, vrſi, lynces, leones, quorum fæmellæ catulos frequenter pariunt. In eadem curia memorabile magni roboris monumentum, Chriſtophorus Dux

rythmis Germanicis ad marginem aſcriptis, poſuit. Molendina aquatica non ſolum extra, ſed etiam intra vrbem multa ac varia, multis ac variis rerum opificiis ſeruiunt. Fontem Princeps Ferdinandus ad maiorem vrbis amœnitatem publicæ voluptati ante Palatium ſuum canalibus eduxit, quem æneis magni artificii ſtatuis quatuor elemẽta referentibus, quæ exilientis & galeatum criſtatumque equitem portantis equi ſimulachrum circumſtent, exornat. Artificia quæ apud alias gentes in vſu, & hîc pretio ſunt, aliunde introducuntur, vt inſtituta nuper officina vitriaria & textura holoſerica. Forum nobilitatur inprimis vini aduectitii, ſalis & rei frumentariæ mercatu. Conficiuntur autem hic merces plurimæ, quæ in diuerſas prouincias exportantur. Populi frequentia tanta eſt, vt octodecim millia familiarum recenſeantur, nec omnes recipi queant, quin in horreis multi & in angulis habitare coguntur, magnis anguſtiis, adeò quidem, vt quatuor aut quinq; nonnunquam reperiantur familiæ, quibus vnum tantum hypocauſtum ſuppetat. Celebriorem hanc vrbem & frequentiorem facit, quod ex diuerſis vndiq; nationibus diuerſi huc nobiles & artifices benignitate Principum illecti confluant. Multi hîc Comites, multi Barones, & maiorum gentium nobiles agunt. Ius dicitur tribus tribunalibus; prouinciali, aulico, ciuili ſiue vrbano. In aulico conſeſſu habent, Comites, Barones, Nobiles & Iureconſultos; In ciuili, Senatores, quorum qui interioris conſilii ſunt, XII. plerumq; ex Patricis ſenioribus, qui vero exterioris, XXIIII. partim ex iunioribus Patriciis, partim ex plebeis cooptantur. Criminale ius prætor, quem

vt plurimùm antiquæ nobilitatis esse oportet in curia senatoria, cuius conuexa amplitudo spectatu digna est, administrat Patricius ordo hîc nobilior est, quàm alibi, cui hoc recepta consuetudine solenne est, vt quotannis Dominico die, qui Epiphaniam sequitur, vniuersus (siue cœlibes siue coniugati sunt) vnà cum vxoribus ac liberis, quibus per ætatem conuenit, ac per valetudinem integrum est, in regiam, atq; ad quatuor præcipuas vrbis partes (siue plateæ niue coopertæ, siue non sint) trahis circum vehantur, postridiè verò in curia senatoria vna cum aulicis choreas ducant, & Principibus sumptuosum epulum præbeant. Corporis Christi festo tam regifico apparatu ac splendido hîc supplicatio adornatur, quàm vix credibile est apud vllam gentem fieri, ita vt cum triumphalibus veterũ pompis propemodum conferri possit. Repræsentantur enim & veteris & noui Testamenti historiæ, quæ res, siue terra siue mari gestas, tradunt, spectaculis & figuris ad tes ipsas accommodatissimis. Vestes, currus, phaleræ, nauigia, aliæq; machinæ & ornamenta iis destinata, cùm magni sint pretii, diligenter asseruantur. Nundinæ hic binæ habentur, vnæ post Epiphaniam, alteræ ad D. Iacobi festum, quarum has celebriores reddit hominum & equorum in stadio cursus.

Ingolstadium.

Ingolstadium, vulgò Ingolstatt / situm est ad Danubium, antiquis dictum Engelstat / siue *Angelostadium*, ab Angelis Sueuis, qui ciuitatem hanc cum aliis ceperunt. Olim pagus fuit ad Monasterium Altach pertinens, qui deinde à Ludouico Bauaro Imperatore eiusq; successoribus Ducibus Bauariæ in ciuitatem mutatus est. Quidam ciuita-

rem

tem hanc vocant *Chrysopolin* siue Goltstatt / quod aliis non placet. Vniuersitas anno Domini M.CCCC.X. ibi initium sumpsit ab Vniuersitate Viennensi, quam Ludouicus Dux,& Pius II. Pontifex anno M. CCCC.LIX. variis ornârunt priuilegiis.

Ratisbona.

Ratisbona vulgò Regenspurg / sita est ad Danubium, nomen sumpsisse putatur à pluuia & arce, à Claudio Tiberio Nerone Imperatore III. extructa tempore passionis Christi, atque ab ipso *Tiberina*, vel *Augusta Tiberii* vocata. Vocata quoque fuit *Reginoburgum* à Reginopurga Theodonis I. Bauariæ Regis vxore. Prætereà dicta fuit *Rhæto-* *Ratisbona.*

bonna à Rhetis. Item *Hiaſpalis*, *Reginopolis*, *Tetrapolis*, *Quadrata*, *Colonia Quartanorum*, *Metropolis Ripariolorum*, *Caput Limitaneorum*. Nomen Ratisbona à nauigatione deductum videtur. A Carolo Magno ad fidem Chriſti perducta eſt. Olim Metropolis fuit Bauariæ; ſedes Regum & Ducum eiusdem regionis. Pons lapideus anno MCXV. ſub Henrico V. Imperatore ſupra Danubium ibi eſt conſtructus; Hodiè pons conſpicitur XI. fornicibus ſuſtentatus, paſſuum CCCC. & LXX. latitudinis.

Landeshutſium.

Landeshutſium vulgò Landeſshut / ciuitas Bauariæ: ſita ad fluuium Iſetam, extructa à Ludouico Bauariæ Duce, circa annum Chriſti M. C. XXIIII. poſteà anno M. C. XXVIII.

Landeshutſium.

XXVIII. muris cincta. Propè quam ab eodem Duce constructa est arx eiusdem nominis.

Graynum, castellum in Palatinatu superiori, à ploratu dictum. Nam istic Danubius, periculosa & horrenda, & quæ citra lamenta, vix peruehi possunt loca, attamen nauigantibus transeunda (Germanicè die Strudel/ ab aquarum stridore atque impetu vocant) transit. *Graynum*

BOHEMIÆ REGNVM.

Praga.

Praga à Primislao III. Bohemiæ duce, & Libussa eius vxore muris & fossis cincta. Arx in monte *Vissegradum* siue Herschin/ dicta, prius erecta fuit. Diuiditur in tres ciuitates, superiorem, nouam & paruam. Fluuium habet Mul- *Praga.*

dauí-

dauium. Ptolomæi Cassurgis esse putatur. Arx Regia anno M.D.XLI. igne conflagrauit, posteà verò magnificentissimè restaurata. Supra fluuium pons est lapideus 24. constans fornicibus, qui antiquam ciuitatem coniungit cum monte, in quo est palatium Regium & templum cathedrale S. Viti. Imperator Carolus IIII. Rex Bohemiæ valdè hanc ciuitatem ædificiis ornauit: sedemq; in ea cum consensu Clementis VI. Pontificis erexit Archiepiscopalem. Anno M. CCCC.LXX. erecta ibi est Academia à Rege Carolo, quæ durauit vsq; ad annum M. CCCC. VIII. deinde propter factionem quandam ea translata est ad Lipsiam. De hac ciuitate ita quidam:

Visa non vrbis est meliore cœlo
Fertili gleba tua Praga cincta est.
Explicat septem hæc spatiosa colles,
Quam capax scindit fluuius per Albim
Ambitu murorum, imitata magnæ
Mœnia Romæ.
Exiens nomen socios petentes
Fluctibus æquor.

Eger. *Eger*, vulgò Eger / ciuitas sita est ad fluuium Eger: Maxima ciuitatis pars in rupe sita est. Cincta aliquibus in locis duplici, sed plerumque triplici muro, & fossa valdè ampla. Annus M.CC.XXIX. initium dedit huic ciuitati: posteà anno M. CC.LXX. funditùs incendio periit, posteà sensim iterum extructa. Dicitur hæc ciuitas non alia de causa esse iuris Bohemici, quàm ob impignorationem. Claret hoc tempore ciuitas hæc ob medonem (potionem ex melle) qui nulla paratur quàm in hac ciuitate excellentior.

MORA-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

MORAVIA.

Brin, caput est Morauiæ, ad Marchionis sedes. *Brin.*

Olomontium, Episcopalis sedes est, Vologradēsis prius dicta. *Olomontium.*

PANNONIA SVPERIOR.
siue
AVSTRIÆ ARCHIDVCATVS.

Vienna.



Vienna, sita est ad Danubium, variis insignita nominibus inuenitur, *Fabiana*, *Fabana*, *Fauiana*, *Flauianum*, *Biana*, *Vinebona*, *Vindemana*, *Iuliobona*, demum *Vienna*, vulgò Wien. Quidam extructam putant à Flauio iudice; alii à Tito Fabiano, vt Cornelius Tacitus & Otto Frisingensis; *Vienna.*

alii ab Annio Fabiano; alii ante Christi tempora à Sarmatis & VVandalis. Reducta est anno Saluatoris nostri CCCC.LXIIII. ad fidem Christi à S. Seuerino, qui etiam Episcopatum ibi erexit anno CCCC.LXVI. Est hoc tempore munitissimum contra Turcas propugnaculum, vallis, aggeribus fossisque munitum, ædificiis ita instructum, vt quot domus videas, tot aulas, Principumque palatia videas. Nobilissimum in ea ciuitate est Gymnasium, quod anno M.CC.XXXIX. Fredericus Imper. inchoauit, Albertus Archidux Austriæ anno M.CCC.LVI. renouauit; anno vero M.CCC.LXVI. mirifice auxit Rudolphus IV. Archidux Austriæ, quo etiam tempore erecta est splendida illa turris summi templi. Ciuitas hæc præterea mercatu celebris est.

PANONIA INFERIOR
siue
HVNGARIÆ REGNVM.

Buda. *Buda*, vulgò Ofen/ sita est ad Danubium, nomen sumpsit à Buda Attilæ Hunnorum Regis fratre; vel à Budunis populo Scythiæ. Ptolomæo vocatur *Curta*, κῦρτα. Hîc quieuerunt Pauli Eremitæ ossa. Sedes fuit quondam Regis Hungariæ, & inferioris Pannoniæ Metropolis. Anno Christi M.D.XXVI. die 20. Augusti à Turcarum Imperatore Solymanno Christianis erepta est.

Bosonium *Bosonium*, vulgò Preßborch, nobilissima Hungariæ vrbs, hic Lexta flumen Pannoniam superiorem ab inferiore dividens, cum Istro miscetur, Hungaricè ibi loqui incipiunt, mixtus tamen est sermo, & sunt ii populi bilingues, Germanicè & Hungaricè loquuntur. Vrbs vetus & elegans,

gans, quæ vt ſitu, ita aere, quo fruitur læto & amœno ſalubriq́ue, multas Pannoniæ vrbes longè excellit, montes habet vineis amœniſſimos conſitos, qui & magnam lignorum copiam præbent. Ad ſuburbium in præcelſo montis vertice arcem habet validam, quę, vt legitimum magiſtratum hanc vrbem obſeruare docet, ita eandem ab hoſtibus defendere poteſt.

Strigoniũ *Strigonium*, vulgò Grân/ Archiepiſcopalis ſedes eſt totius Hungariæ, & iam in manibus Turcarum.

Alba Graca. *Alba Græca*, vulgò Grirgiſch Weiſſenburg/ Italis *Bellogrado*. Hæc Turcarum Imperatoris ſedes eſt, atque Sauo magno fluuio oneratur Danubius.

Iaurinum *Iaurinum*, vulgò Raab/ ciuitas ſita eſt ad Danubium, ferè inexpugnabilis, quam Chriſtianis eripuit atq; Turcico imperio adiunxit Sinan Baſſa, anno Chriſti M.D.XCIV.

Gomorra. *Gomorra* ſita eſt ad Danubium quæ anno M.D.XCIV. oppugnata valde fuit à Sinan Baſſa, ſed fruſtrà: Hoc anno M.D.XCV. iterum obſidionem metuit: DEus conatus Turcarum faciat irritos.

CARINTHIÆ DVCATVS PARS AVSTRIÆ.

S. Vitus. *S. Vitus*. Ciuitas ſita ad Glauam fluuium. Metropolis eſteius regionis.

Villacum. *Villacum* ciuitas præcipua eſt in planicie ad Drauiri pam dextram: Vrbs eſt ornata, ſplendida & polita.

Haynburgum. *Haynburgum* ad Draui flunii ſiniſtram ripam: Emporio ac mercatu celebris eſt.

STIRIÆ DVCATVS PARS AVSTRIÆ.

Marchpurgum. *Marchpurgum*, ciuitas Stiriæ Metropolitana, ad Draui ſiniſtram ripam.

TYROLENSIS COMITATVS,
sub quo &
ATHESINA.

Oenipons.

Oenipons vulgò **Ins Pruck**, vrbs Comitatus sui Metropolis, ad Oeni fluuii dextram ripam sita. Hîc camera & parlamentum Comitatus Tyrolensis, & superiorum Regionum Austriacarum.

Castrũ Tyrolẽse Regium.

Castrum Tyrolense Regium, ad Athesin fluuium situm est, & sub eo Merana oppidum.

Matran.

Matran, Oppidum est Episcopi Brixiensis.

Stalla.

Stalla, est ciuitas, in qua merces deponuntur, & rursus imponuntur.

Stertzingen.

Stertzingen, oppidum Vlzæ fluuio adiacet, vbi diues vena est metalli, boniq; cuduntur cultri, enses & laminæ.

Brixinia.

Brixinia in Comiratu Tyrolensi sita est, vbi Rientius ignobilis fluuius in Isacum influit, qui deinde auctior factus, alueo saxoso & inæquali ad Bolzanum celebre emporium, in Athesim exoneratur. Est autem Brixinia aëris temperie tota regione præstantissima, vt quæ in vmbilico ferè Comitatus sita, nec Italici cœli æstiuo caumate aduratur, nec hyberno frigore à summis Alpibus imminenti obrigescat. Aquarum verò fontiumq; summa est salubritas, ex quibus ille, qui vulgo Virgineus vocatur, meritò nominatissimus habetur. Ager Brixinien sis altissimis vndiq; montibus cingitur, estque autumnalium præstantissimorum aliarumq; frugum viniq, apprimè ferax; verùm cùm album sit mediocre, rubro est tanta præstantia, vt ad remotissima loca, ingenti sanè pretio appetatur,

vniſq; ferè principum menſis ad eximium conuiuiorum decus reſeruetur. Cathedralem Eccleſiam habet valdè inſignem, vnamq; collegiatam; Epiſcopalem verò ſedem antiquiſſimam. Nam Sabionenſis Epiſcopus primus perhibetur S. Caſſianus, qui ſub Diocletiano Imolæ martyrium ſubiit. Inde verò Epiſcopalem ſedem Brixinam tranſtulit S. Ingenuinus circa annum Domini M. qui ambo vna cum S. Albuino, tanquam diui tutelares, ab incolis in veneratione habentur. Epiſcopus ipſe vtriuſq; poteſtatis tam ſecularis, quàm ſpiritualis ius habet, eſtque Imperii Princeps, Archiepiſcopum Saltzburgenſ. Metropolitanum agnoſcens.

Schvvatz, villa in Tyrolenſi comitatu, exorta ante paucos annos, propè quam in Falckenſtein & Erbſtollen incredibilis theſaurus argenti & æris ſine ceſſatione, die noctuq; per multa millia hominum metallicæ rei operam dantium, eruitur, tunditur, conflatur. Effodiuntur quoque ibidem cum metallis nobiles quidam lapides, potiſſimùm Magnes & Malechites. Ex quibus Malechites tam præſtans & nobilis iudicatur, vt non cedat Tuiſcois dicto. *Schvvatz*

Tridentum ciuitas & caſtrum pro vna parte Ducum Auſtriæ, pro alia verò Epiſcopi Tridentini. *Tridenti*

ITALIA.

Italia, Prouinciarum orbis primaria, vti nomen pro temporum rerumq; viciſſitudine ſæpiùs mutauerit; Nam & Oenotria, Auſonia, Heſperia, Saturnia, &c. dicta fuit: ſic etiam eius termini & fines variè ab auctoribus deſcribuntur: poſterioribus tamen ſeculis hi ſtatuti: Flumen Va- *Italia.*

rus, inde linea per Alpes Cottias, montem Adulam, Alpes Rhæticas, adiunctaque iuga porro ad amnem Arsiam,

Histriæ terminum: Hoc vnum latus, cætera maria alluũt. Ptolomæus eam in peninsulæ formam describit, quam materia tribus lateribus circumfundunt, vno vallunt Alpes. Italiam varii vario modo diuidunt, communiter in Orientem & Occidentalem; quas Appenninis distinguũt montibus, nobis magis arridet ea distinctio, quæ in partem fit Septentrionalem & Australem.

PEDEMONTI DVCATVS.

Taurinũ. *Taurinum* Metropolis est Pedemonti, ad montium radices in Pado sita. Antiquis dicta Augusta Taurinorum. Hanc ciuitatem perluit fluuius Duria: Ciuitas vetus est, à Gotthis destructa, postea minori tamen circuitu restaurata. Hodie visitur forma quadratâ, cum portis quatuor, nobilitate ciuium maximè clara, splendidis autem ædificiis ornata, inter quæ summum templum. Mirificè rebus

omni-

omnibus ad vsum vitæ necessariis & vtilibus abundat. Gymnasium habet omnium disciplinarum.

Susa, vetus ciuitas, à Plinio Segusium dicta, iuxta Caniſii radices, ſupra quam Alpes geminâ via patent, in Galliam vnâ, quæ ad dextram in Sabaudiam, altera, quæ ad lęuam Gratianopolim ducit. *Susa.*

LIGVRIA.

Niza, castrum habet inexpugnabile, olim à Barbaros ſa & Gallis frustrà expugnatum. Hîc Paulus III. pacem compoſuit inter Carolum V. & Franciſcum I. Regem Gallię. Huc omnes deferuntur merces, quę mari in Pedemõtum & Sabaudiam inferuntur. *Niza.*

Monacum, nomen quibusdam ſumpſit ab Hercule Moneto, aut ab Hamo (ita enim antiquitùs linguâ Aramea vocabatur) quo Hercules Ægyptius rediens ex Hiſpania docuit incolas piſcari. *Monacum*

Torbia, patria eſt Pertinacis Imperatoris. *Torbia.*

Ventimiglia, , valdè laudatur à pretioſis vinis muſcatellinis. *Ventimiglia.*

Ablenga, caput antiquorum Ingamiorum, & patria Proculi Imperatoris. *Ablenga.*

Sabatia vel *Savona*, ſatis celebris hodie ratione Iulii II. Pontificis. *Sabatia.*

Genua.

Genua, nomen ſumpſit à Genuo filio Saturni, vel à Iano ſecundum alios. Alii à Iano poſt bellum Troianum fuiſſe auctam exiſtimant. Antiquitus nobilis valde fuit, ſecuta ſemper partes Romanorum. Primùm paſſa eſt à *Genua.*

Magone

Magone Carthaginenſe: poſteà iterum extructa à Cornelio Seruilio conſule. Deinde iterum circa annum Chriſti

DC. deſtructa à Rotario Longobardorum Rege. Carolus autem Magnus hanc ciuitatem iterum recuperauit, atque Imperio ſubiecit, præfecitque ei Comitem annis circiter centum. Hodiè eſt Metropolis Liguriæ, tum Septentrionalis tum Meridionalis, vna ex ditiſſimis totius Italiæ. Portum maris habet inſignem. In hac ciuitate aſſeruatur catinus ille glorioſus, in quo Chriſtus cum diſcipulis ſuis agnum comedit paſchalem.

THVSCIA.

ſiue

HETRVRIA, vulgò TOSCANA.

Pisa. *Pisa* vrbs inter amnes Anfer & Amnum sita, extructa à Pelasgis, vel (vt alii) à quibusdam, qui ex Peleponeso huc sese contulére. Antiquitus vna fuit ex duodecim ciuitatibus, quæ Thusciæ dominabantur, cessit Imperio Romano, cui fidelissima extitit, cum Barbaris Italiam inuadentibus, in Oriente cum Saracenis, in Occidente cum Genuensibus prælia feliciter commisit plurima. Sardiniam è manibus Maurorum eripuit, Palernum ab iisdem recuperauit, Regẽ Maioricæ cepit captiuum, expugnauit Carthaginem, succurrit Americo in Alexandria. Posteà coacta fuit à Gioanne Monteacuto Anglo seruire & obedire Florentinis. Academia est hoc tempore celebris. Palatia habet excellentissima ad fluuium Arnum sita. Hîc sedes est ordinis equitum S. Stephani, cuius autor fuit Cosmus Medices primus illorum Dux. Archiepiscopatus dignitate gaudet.

Lunæ. *Lunæ*, ciuitas antiquissima, olim valdè celebris. Vocata fuit linguâ etruscâ *Ettriara*, quod significat Lunam. Græcis dicta *Seline*. Sita est in Arietina ora, Liguriæ proxima. Ingentes eius hodiè ruinæ tantum supersunt, cum aliquot piscatoriis casis, quæ hodiè nomen seruant Lunigiana.

Liburnus. *Liburnus* vulgò *Liuorno*, ciuitas mercaturâ celebris. Variæ huc appellunt naues ex locis Septentrionalibus, & potissimùm ex Anglia. Huic præiacet in mari ad 1000. passus, scopulo imposita Pharos excelsa turris, è cuius summo fastigio noctu fax ingens nauigantibus prælucet, ad quam cursum dirigere tutò queant.

Popolonia. *Popolonia*, ciuitas antiqua, in qua Romani exercitum

ſuum habere ſolebant: maximæ admirationis ibi fuit Ludouis ſtatua, cum mirabili artificio ex vna vite ſola eſſet conſtructa. Hic victus fuit Genſericus Rex Vandalorum à Baſilio Capitaneo Leonis. Hodiè eius tantùm ſuperſunt reliquiæ, inter quas marmora inueniuntur literis antiquis Hetruſcis ornata.

Portoferatum. *Portoferatũ*, ciuitas arcem habet penè inexpugnabilẽ.

Plumbinũ *Plumbinum*, arce fortiſſimâ munitum eſt.

Orbitellũ *Orbitellum*, ſitum eſt ſupra lacum: Hîc Rex Catholicus præſidium habet Hiſpanorum.

Coſa. *Coſa*, ciuitas deſtructa (vti referunt hiſtoriæ) à Talpis.

Cornetũ. *Cornetum*, ciuitas antiqua cum optimo portu, qui munitur adhuc authoritate Põtific. cui hæc ciuitas paret.

Ceria. *Ceria*, huius incolæ ſuſceperunt virgines Veſtales, fugientes rabiẽ Gallorum Romam vaſtantiũ: ideoq; & à Romanis pro ciuib. eorum habiti ſunt, præterquã q; ſuffragium in Senatu non haberent: vnde contra eos, qui votum in conſilio non habent; vulgatum eſt prouerbium: Scribi in Ceretum tabulis. Res quoq; ſacræ ab hiſce denominatæ ſunt, quod religioni & ceremoniis valdè eſſent dediti.

Portus. *Portus*, huius prælatus vnus eſt eorum ſex, qui aſſtant conſecrationi Pontificiæ.

Coſmopolis. *Coſmopolis*, ciuitas diues ob ferri copiam, cuius fodinæ circa eam ciuitatem ſunt inſignes.

Luca. *Luca* antiquitus dicta Fridia, & Aringa: Hodie nomen habere putatur à Lucio Lucomone. Fuit olim celebris hæc ciuitas ob milites, quos ea miſit præſtantes. Reſtaurati eius muri à Deſiderio Rege Longobardorũ. Poſteà cum ad Imperatores Germaniæ deueniſſet, libertatem

sibi à Rudolpho Imp. comparauit pretio 12000. ducatorum. Hodiè libertate sua gaudet sub Rege Catholico. Hîc cum magna veneratione ostenditur imago crucifixi, de qua multa narrantur miracula. Vrbs est mediterranea ad montes Lunæ incumbentes sita.

Pratum oppidum inter castra quatuor totius Italiæ fortissima censetur. *Pratum.*

Phesulæ, ciuitas, antiquitus admodum celebrata. Vna enim erat ex primis duodecim Hetruriæ, in qua Augures & vates, qui prodigia vocesque & apparitiones volucrum exponebant, habitasse dicuntur. Hodiè huius vestigia tantùm cernuntur extra Florentiam, haud procul in Apennini colle. *Phesulæ.*

Florentia nomen quibusdam habere creditur à flore, quod videlicet in medio Hetruriæ instar floris campi sedeat. Sicuti etiam longo tempore pro insignibus vtitur Lilio. Vel dicitur Fluentia, cùm sita sit ad fluuium Arnum. Aliqui existimant olim dictam Arminam. Sita est sub cœli plaga benigna, cum aëre perfectissimo. Antiquitus colonia fuit Iani, aucta posteà ruinis Phesularum: Sicuti Roma ex ruinis Albæ longæ. Hanc ciuitatem è tyrannide Longobardorum eripuit Carolus Magnus posteà semper fuit libera, vsque ad tempora Caroli V. qui eam victam in gratiam Clementis VII. dedit eius cognato Alexandro Medices, hactenusq; ciuitas Medicæis Ducibus Hetruriæ paruit. Ciuitas hodiè est Hetruriæ totius Metropolis amœnissimo loco sita. Ab Oriente & Septentrione collibus amœnissimis & vndiq; fructiferis arboribus vestitis cincta, medii theatri instar. Occid. latere mediam *Florentia*

in planiciem incedit, videturq; ferè vmbilicum Italiæ tenere: Nobilissimis ædificiis cum diuino cultui, tum ciuium vsui paratis nitet.

Incisa. *Incisa*, castellum, nomen habet à Saxo, quod ibi incisum est propter cursum fluuii Arni. Patria est Francisci Petrarchæ.

Volatera. *Volatera*, ciuitas conditore Iano insignis. Prope hanc ciuitatem magna copia Alabastri effoditur, multaq; inueniuntur antiqua monumenta insculpta literis Hetruscis antiquis.

Cluſi. *Cluſi*; Hîc fuit vnus ex quatuor antiquis Labyrinthis toto orbe formosissimis: Hunc Rex Porsena fieri curauit: vbi inueniuntur hodiè marmora antiqua insculpta literis antiquis Hetruscis, quæ videntur esse reliquiæ sepulchri dicti Regis. Hæc ciuitas olim etiam fuit vna ex XII. præcipuis Hetruriæ.

Sena. *Sena* extructa à Gallis Senonibus supra montem ad fluuium Blandum, 809 circiter stadiis distat à Roma. Ante paucos annos fuit Respub. libera; hodiè sub Duce Hetruriæ, qui eam emit à Philippo Rege Catholico. Ciuitas hæc valdè fauet exteris, ideoq; meritò Academia ibi constituta fuit.

Perusium. *Perusium* colli insidet Appennino, formâ stellari, maiore parte agri fructiferis & amœnis, assurgente collibus, vini nobilis, olei, ficuum, pomorum, aliorumq; optimorum fructuum, fertilibus: subter vrbem ad Assisiam, item ad Tuder versus, iuxta Tiberim, campi sternuntur iucundi, tritico, cæteroq; frumento copiosi. Naturâ loci vrbs munita est; nobilis ædificiis, cum priuatis ciuium, tum

cul-

cultui diuino dicatis, nitens: itemq; nobili ac largo fonte, qui medium vrbis habet. Populus frequens, ac animis ingeniisq; summis, nec minùs ad literas quàm arma prõptus. Vnde vsitatum Italis prouerbium: *Perusini soperbi, & bon soldati, & la melior spada del papa.* Eius initia CC. LX. post vniuersale diluuium anno grauissimi auctores attribuunt. Aliquot deinde annis Mons Solis ab Armenis Ianigenisq;, Gryphoniis, nouis est ædificiis auctus. Ex increscentibus indies ædificiis post Gryphoniorum aduentum, Pelasgi aliæq; Græcanici nominis gentes, in Italiam traductæ, auxerunt Perusiam, eamq; inter prima Hetruriæ capita XII. constituerunt. Hæc ciuitas anno M.D. XXXIX. ob impositum vectigal à Pontificis auctoritate desciuit. Hinc vtrinq; magnis belli motibus excitatis, externa planè auxilia desperans, ingenti cum damno in potestatem Pontificis rediit. Ab eo tum datus præfectus est Bernardinus Casalensis Casalensium Episcopus, qui arcis initia posuit, cuius præsidio ciuitas in officio fide que de cætero contineri posset. Ea arx, nunc perfecta, propugnaculis, muris, aggeribus & machinis æreis valdè munita, præsidioq; firma, obedientiæ, vnitatis pacisque conseruatrix existit. Porrò non tam larga Liberi Cereris q; dona, non tam præclara ædificia, non tam fons ille limpidus atque perennis, quàm vniuersale Gymnasium, incredibili eruditissimorum virorũ turba illustre, Perusinam hanc patriam exornat. Quod anno post natum CHRISTVM M. CC. XC. florere cœpit, variis priuilegiis ornatum. Hic Baldus ius ciuile professus est, tantâ magnificentiâ ac gloriâ, vt summus iuris commentator & terrestre quoddam

numen vocaretur, ac vt id Gymnasium non docendo tantùm sed & scribendo quàm celeberrimũ redderet, eius denique nomen ad exteras quoque nationes transmitteret, librum de Repressaliis ibidem scripsit; postremò legatione functus ad Carolum Imperatorem prima priuilegia impetrauit. Iuris studia in hoc Gymnasio præ cæteris facultatibus præcipuè florent. Videre quippe est in vno eodemq; tempore LXX. iuris Doctores, quorum XXV. ius continuò docent. Et fit, vt eadem hora quatuor diuersi Ordinarii, vt vocant, tam matutino quàm pomeridiano tempore, vnam eandemque iuris materiam in concursu profiteantur, & lectionibus finitis de summis apicibus iuris, inter se digladientur ac disputent, & omnia quæ inciderepossent, dubia ad amussim examinent, cum maximo studiosorum astantium fructu. Ad hæc autem fouenda & conseruanda exercitia, magnis impensarum sumptibus elegantissima sunt fundata collegia, in quibus annuo censu, vitæ subsidia studiosis suppeditantur. Est collegium vetus & nouum, vulgò Sapientia vetus, Sapientia noua: quarum illa D. Gregorio sacra, Episcopo loti, vt prouisori; Hæc Priori Canonico Cathedralis Perusinæ & Consulibus, Mercantia vulgariter, paret. Noua D. Hieronymo sacra, ædificata abs Episcopo Guida loto, in qua fundatione perpetuò sunt quatuor studiosi Germani, quatuor Hispani, totidem Galli & Vltramarinii. Reliqui omnes admittuntur Itali. Eius fundator fuit Petrus Capocius S. R. Ecclesiæ Cardinalis, qui Fridericum Imperatorẽ schismaticum persecutus est, vt Platina in vita Gregorii IV. perhibet. Est & aliud Bartholinum Collegium, recen

ti fun-

ti fundatione, ab eius appellationis Doctore, aliquot studiosorum commoditati institutum. Sed istius Gymnasii magnificentia paucis explicari non potest. Quemadmodum nec breui narratione Perusina ingenia, quæ non modò patriam, sed Italiam omnem illustrârunt. Peculiare de hac vrbe præter Leandri in sua Italica Typographia edidit opusculum Marius Podianus orator insignis, quo singularis ingenii, eruditionisq; ornamentum posteritati exhibuit.

Volsena; hic quondam serui suis dominis repugnarunt, cui occurrit Porsena rex eorum. *Volsena.*

Ciuitas Castellana, vulgò *Citta Castellana*: antiquis fuit celebris ob templum illud famosum Deæ Feroniæ. *Ciuitas Castellana.*

Viterbum, ciuitas antiqua, fonte excellenti ornata; nec longè dissita à thermis Bolecanis. *Viterbũ.*

Ostia, ciuitas ampla olim fuit, vt ex ruderibus apparet, hodiè autem redacta est in arcem & exiguum oppidũ. Portus autem ipsius stupendæ & incredibilis magnificentiæ fuit, muris velut brachiis erat circumdatus, (in quibus habitationes variæ) in arcus extructis, quo mare fluxu arenas expelleret, præter quos muri alii erãt turriculis distincti, qui totum portum ambiebant. Portas habuit, quarum primaria Romam ducebat, larga Cannam & palmos sex cum dimidio. Templum forma rotunda, aquæductum, portam secundam largam cannam vnam, palmos tres cum dimidio. Viam circum interiorem murum minoris portus, murum interiorem cum annulis ferreis alligandis nauigiis, quando & spatio eidem muro infixæ erãt columellæ. Domus in quas exponantur merces, super co- *Ostia.*

lumnas

lumnas extructas, quæ columnæ inter se distabant cannas duas, palmum vnum cum dimidio, porticum excipiendis minoribus nauigiis cannarum XXV. Os parui portus latum erat cannas LVIII. Canalis à fluuiolo portumque vsq; largas cannas V. Palatium Regium in ipso portu erat. Maiori portui moles erat obiecta, quam quò stabiliùs fundaret Claudius Cæsar, nauem antè demersit, qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat aduectus, de qua naui Plinius: Abies, inquit, admirationis præcipuæ, visa est in naui, quæ ex Ægypto Caii Principis iussu & obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuorq; truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit. Qua naui nihil admirabilius visum in mari, certum est C.XX.M. modium lentis pro saburca ei fuêre. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus, latere læuo: ibi namq; demersa est à Claudio principe. Arboris eius crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. Os portus maioris Orientem versus largum erat cannas L. Os autem Occidentale latitudinis eiusdem. A porta Romam versus ad molem portus maioris longitudo, cannæ mille trecentæ septuaginta octo. Latitudo autem eiusdem portus cannæ quingentæ quinquaginta circiter. Cannæ & palmi mẽsuræ sunt, quarum Architectis Romæ vsus est. In hoc portu fuit ædes Portumni, qui portubus præest, in cuius ædificatione portumnalia facta sunt. Excitauitque idem Princeps marmoream in mari turrem, instar Alexandri Phari, vbi nocturna lumina affixa, viam nautis portum subituris, aperient, quæ hodiè marinis fluctibus cessit, vnà cum portu. Extant hodiè in ambitu magnæ ruinæ ciuitatis Portuen-

tuensis, cum templo S. Luciæ, quæ nunc est tertia dignitas post Rom. Quem locum hodiè intersecat pars quota Tyberis, & riuus ipse vocatur Fluuiolus.

Terracina, antiquis dicta Anxur, celebris propter magnum illud templum Iouis Imberbi sacrum. Hoc autem significauit antiquâ linguâ Volscorum Anxur. *Terracina.*

Amicla, ciuitas antiqua, propè Terracinam quæ tota periit, ob silentium; vnde prouerbium; Amiclæ silentio periêre. Hic viperæ adeò venenosæ referuntur, vt contra illorum morsum nullum dicatur esse remedium. *Amicla.*

Roma.

Roma mundi caput, quam nomen alii desumpsisse dicunt à Roma nobilissima puella, quæ eò se contulit post Troiæ destructionem. Alii à Romo filio Æneæ & Lauinæ: Alii ab Hetruscis ædificatam, & à verbo Hetrusco & Aramæo Romam, quod exaltationẽ significat, denominatam volunt. Præcipua tamen scriptorum pars nomen deducit à Romulo, à quo ædificatam esse tradunt, ab eoq; annos Romanorum initium sumere compertum est. Ædificata est Roma ad Ripam Tyberis: Sensimq; creuit ita, vt septem colles comprehenderet, & ambitus eius esset viginti duorum milliarium, in quo & triginta quatuor erant portæ & 374. turres: adeò erat hominibus referta, vt ea sola exercitum posset instruere trecentorum millium virorum. In regimine valdè fuit instabilis: primò nanq; recta fuit à suis Regibus: posteà reiecto Tarquinio Superbo, eam rexerunt Consules; deinde Decemuiri: hos iterum Consules sunt insequuti: Demum in manus incidit *Roma.*

ROMA.

Impe-

Imperatorum. In hac ciuitate tres fuerunt Tribus, Prima à Rege Tatio dicta est Tatiensis: Altera à Romulo vocata Ranensis; Tertia demum à Lucumono Tusco Lucerensis, In singulis tres fuere ordines. Primus Patriciorum siue Senatorum, qui orginem sumpsit à centum patribus ibi à Romulo constitutis, huic ordini licitum erat gestare togam purpuream: Alter fuit Equestris, huic permissum fuit (modò facultates ferrent) gestare annulos aureos equo accepto ac publico: Vltimus erat plebis, quo reliqua ciuiũ pars comprehendebatur. Recta fuit ciuitas à duobus Cõsulibus, qui proposuerunt executioniq; mandarunt singula, tamen secundum ordinem Senatus, vniusque ex Tribunis plebis. Fuit præterea Censor, cuius erat castigare mores corruptos, cuius authoritati etiam Consules subiecti erant. Adhæc Prætori licebat (cum populi tamen consensu) nouas condere leges, aliasque vsitatas tollere, cui etiam licitum erat punire grauia facinora. Quæstorum alii prouidebant rei monetariæ, alii delictis certis puniendis. Ædiles curules cũram gerebant earum rerum, quæ ad publicum spectabant, vti templorum, platearum, fontium, &c. Cereales prouidebant mensuris & ponderibus. Tribunis Monetalib. commissa fuit cura monetæ cudendæ Dictator cum Regia authoritate, rerum quas administrabat, nullam tenebatur reddere rationem: hic tantùm tempore necessitatis fuit electus: durabatq; id officium sex mensibus. Augurum erat videre, vt nihil fieret in publico, q Auguriis repugnaret. Rebus religionis præerant summus Sacerdos siue Pontifex, Flamines, Protoflamines, Sacrificulus, quibus incubuit cura sacrificandi

Diis eorum, populoq; indicandi festa & solennitates religionis eorum: ciuitatemque expurgandi à rebus sinistris, quas Haruspices minitabantur. Supra omnes Deos Deasq; honorârunt Vestam, cui seruârunt viuum ignem Virgines Vestales. Abolita superstitione Ethnica, in hac ciuitate residet Papa, qui ciuitatem hanc accepit dono à Constantino Imperatore. Ad hanc dignitatem Papalem non peruenitur per nobilitatem sanguinis, sed per ætatẽ, doctrinam vitæq; sanctitatem; eligiturq; à Cardinalibus per voces & adorationem in conclaui; quod non ingrediuntur, nisi peractis exequiis Pontificis defuncti, cantataque missa Sanctus S. In qua electione si morentur diutius, cibus eis adfertur sufficiens. Electum Pontificem feruntad S. Petrum, vbi pedes eius osculantur. Interim famuli palatium electi spoliant. Dum Pontifex coronatur, stuppam ante eum accendunt, dicentes: SIC TRANSIT, SANCTISSIME PATER, GLORIA MVNDI.

Marinum — *Marinum*, forsan villa Mariana, sedem habet in fine Campaniæ.

Beletri. — *Beletri*, caput antiquorum Volscorum, vnde originẽ traxit Augustus I. Mundi Imperator.

Albanum. — *Albanum*, forsan reliquiæ sunt Albæ longæ destructæ, in qua regnarunt quindecim Reges, qui omnes Syluii dicti. Hîc Iouis Latialis templum, in quo feriæ Latinæ celebrantur: à Tarquinio Superbo fuit extructum.

Atriccia. — *Atriccia*; Hîc Orestes consecrauit statuam Dianæ, quam tulerat ex Taurica Chersoneso.

Pipernũ. — *Pipernum*, hîc notabile est responsum quorundam ciuium ad Senatum, quærentem, qui vellent pacem com-

positam ? Responderunt nanque perpetuam cupimus, si bona sit & honesta; breuissimam verò, si fraudulenta & inhonesta.

Pilastrina in Via Latina, post Syluam dictam Aglio nomen sumpsit ab antiqua Prænestę. Hic celebre illud templum fuit Deæ Fortunæ. *Pilastrinæ*

Tusculum; Hic Cicero composuit Quæstiones Tusculanas. *Tusculũ.*

Anagna caput antiquorum Hernicum. Fuit ciuitas antiquitus hæc valdè celebris & potens, donec ciues eius ausi fuerunt Bonifacium Pontificem capere, posteà nanque ad miserias redacta est. *Anagna.*

Tiuoli antiquitus celebris fuit per Sibyllam Albuniam, quæ Tarquinio Superbo libros tulit, quos Romani in consultationem adhibebãt, cùm de rebus dubiis agerent. Hoc verò tempore palatium ibi visitur ab Hippolito Cardinale Ferrariæ constructum, tanta pompa, vt dicitur, nec magnificentius nec ei æquale visum fuisse ab antiquitate. Inter cætera fons ibi est admirandus, qui artificio aquæ exhibet voces plurimarum auium, Orpheumq; marmoreum lyram sonare facit. Apud ciuitatem hanc in aquis Albanis lapilli producuntur, adeò similes saccharo confecto, vt nemo posset distinguere: vnde in prouerbium apud Italos enatum, quando id, quod non est, ostenditur; *Confettion di Diuoli.* *Tiuoli.*

VMBRIA
siue
DVCATVS SPOLETANVS.

Eugobiũ Caſtellum

Eugobium Caſtellum, in quo inuentæ ſunt aliquot tabulæ metallicæ inſculptæ literis antiquis Hetruſcis.

Mons Falconis.

Mons Falconis hoc tempore celebris ob Beatam Claram, quæ ibi membris integris atque in vultu colore ſplẽdido tanquam viua ſeruatur.

Aſciſium.

Aſciſium locus celebris eſt corpore S. Franciſci, ad quem vndique fit maximus populorum peregrinationis gratiâ concurſus.

Montone.

Montone. Hinc prodierunt illuſtres belli Duces Braccius, & Nicolaus Piccininus, qui militarunt ſub Alberico *di Cunio.*

Spoletum

Spoletum. Metropolis Ducatus, ciuitas pulchra & benè extructa.

Ceretum.

Ceretum. Hinc vocantur apud Italos Ceretani, qui huc illuc q; vagando ſub vmbra peregrinorum vulgus decipiunt, Circumforaneos Latinè dicere licebit.

Nurſia

Nurſia ſita ad lacum, vbi multæ ſunt fabulæ de Sibyla, quam in antro ibi putant viuam, ſemelq; ſpatio ſeptimanæ in ſerpentem mutari. Cuſtodia circa antrum illud eſt, ob ſceleratos, qui incantationibus vtuntur, arcendos.

Todi.

Todi. Hæc ciuitas antiquitus fuit celebris, ob oraculum, quod Mars in forma auis ſedens ſupra columnam ligneam, dedit.

SABINA.

Falachrima.

Falachrima. Hinc originem traxerunt Veſpaſianus & Titus Imperatores.

Narni.

Narni. Hinc Nerua Imperator: licet alii eum exiſti-

ment Hiſpanum. Item Gattamelata Capitaneus Venetorum valdè celebris, qui eorũ imperio adiunxit Patauium.

Ostricolo. Non longè hinc apparent reliquiæ pontis mirabilis, quo coniungebatur vtraq; ripa Tyberis. *Ostricolo.*

Palumbara caput Cruſtmerorum. Hîc Claudii Conſulis temporibus lapis ſacer templi fractus fuit ab aue *Sanguale* dicto, roſtro ſolo. *Palumbara.*

MARCA ANCONITANA, antiquis PICENVM.

Fermo ciuitas nobilis ad mare verſus Auſtralem partem ſita. *Fermo.*

Riganata. Mercatus eſt ſingulis annis hic valdè celebris. *Riganata Laureti.*

Laretum. Hîc eſt cubiculum Beatæ Virginis matris Chriſti Saluatoris, quod delatum eſt per Angelos primùm ad locum dictum Frume, poſteà huc, vbi propter miracula complurima, quæ quotidiè à B. Virgine ſibi deuotis largiuntur, maximam videre eſt peregrinorum ex variis locis prodeuntium concurſum. In hoc cubiculo aſſeruatur imago B. Virginis, quæ à D. Luca picta dicitur.

Ancona vel *Ancon.* Vrbs antiquiſſima, ſita eſt ſub ipſo Cymeria vel Cumero promontorio, qua ſe in mari torquet, nomen deſumpſiſſe videtur ab oræ huius flexu cubi formam efficiente: Nam is Græcè ἀγκὼν dicitur. Portus hîc nobiliſſimus, cùm naturâ, tum opere & arte clauſus, adeò & tutus eſt, vt tam magnitudine quàm opportunitate inter primos atq; nominatiſſimos orbis terrarum vniuerſi poſſit annumerari. Olim in hac ciuitate veluti in altero Tyro tincta fuit purpura. *Ancona.*

Pesarum. *Pesarum* ab auro dictum videtur, quod Galli ex spoliis Romanæ vrbis acceptum ponderarunt: hoc Itali Pesar dicunt: Hic communiter aër valdè est grauis.

Asoli. *Asoli:* ciuitas in medio duorum fluminum sita.

Macerata *Macerata.* Hic est sedes Gubernatoris huius territorii, vigetq; & hic studium.

Camarinum. *Camarinum.* Caput sui Ducatus, ciuitas valdè fortis, sita in iugo quodam Montis Apennini.

Fabrianū *Fabrianum* oppidum lautè ædificatum, coloniſque frequens, maiori ex parte artificibus chartarum, quæ hic laudatissimæ fiunt, tantâ copiâ, vt plurimis Italiæ regionibus, atq; Constantinopoli, & aliis insuper orbis partibus sufficiant.

Vrbinum. *Vrbinum* ciuitas huius tractus præcipua, castrum habet fortissimum, in quo residet communiter eius Dux.

ROMANIA
antiquitus
GALLIA TOGATA.

Conca. *Conca.* Huius tantum superſunt reliquiæ ad maris vndas tranquillas sitæ.

Ariminū. *Ariminum* ad latus fluuii Marechiæ, nomen accepisse putatur aliquibus à dicto fluuio, quem antiqui Ariminium dixêre: aliis verò à verbo Arimeni, quod apud Arameos significat Leonem numerantem propter Herculem, qui pelle Leonina vestitus numerauerit heroës omnes, qui cum eo veniebant contra Gigantes Flegreos. Sita est in planitie, imminentibus à meridie collibus amœnis, & vitium, olearum, ficuum aliarumq; fructiferarum arborum,

qui-

quibus conuestiti sunt, vbertate fœcundissimis: Ab ortu & occasu latissimi se campi panduntad modum frumentarii; Septentrionale latus alluit Adria. Rerum omnium ad vitam vtilium copia mirificè abundat, ædificia complura habet memorabilia, cùm primis insignem arcum triumphalem ab Octauio Augusto factum ad portam quæ Orientem & Pisaurum spectat. Supereſt etiam pars Theatri ex latere cocto, ad mare versus, summæ antiquitatis. Multæ quoq; passim vetustæ inscriptiones leguntur, vnde vrbis antiquitas apparet. Palatia quædã insuper sumptuosa sunt, maiori ex parte à nobili Malatestarum gente cõdita; Fonsque splendidissimus in foro, dulces ac nitidas proiiciens aquas. Ariminum in ditione Romanorum fuisse, quàm diu stetit illorum imperium, & Exarchis etiam paruisse, deinde sublatis, in potestatem Longobardorum redactum, illisq; item debellatis, ad Italiæ Reges, denique ad Imperatores Germanos & Malatestas, vti Cæsarum vicarios deuenisse, ex historiis colligitur. Extra Ariminum ad occidentem pons apparet sumptuosus in Arimino amne; ab Octauio Augusto factus, Flaminiam viam Æmiliæ, simulq; suburbia ciuitati iungens. Vnus hic ex quatuor pontibus ab Augusto, sumptu artificioq; præcipuo iuxta reliquos immemorabiles, factis', in Flaminia, quæ maiori ex parte silice strata, bitumineq; munita, vti etiamnum multis in locis apparet, vsq; ad vrbem Romam ferebat. Constans hic pons marmore quadrato totus, arcubus quinis, supraque spondis, vtrinque perpulchris, in latum pedes XV. in longum CC. continet spondarum vna.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Parſina. *Parſina.* Patria Plauti Poëtæ Comici.

Candiano *Candiano.* Portus maris; hîc ad ſecuritatem maris Adriatici Romani habuerunt exercitum inſignem.

Rauenna. *Rauenna.* Antiquitus fuit ad vndas marinas ſita. Ciuitas valdè antiqua, cùm aliqui eam ab Armenis, aliqui à nepotibus Memrotæ Gigantis, alii à Feſſalis extructam putent. Varias paſſa eſt fortunas, nũc ſubfuit Imperatoribus Romanis: nunc ſub Longobardis, quibus opera Gallorum pulſis, Eccleſiæ tradita fuit: poſteà libera extitit; deinde Venetis ceſſit; hodiè quieſcit ſub Eccleſia.

Fraenza. *Fraenza* diuiditur in duas partes à fluuio *Lamone.* In hac ciuitate vaſa ex creta parantur totius Italiæ pulcherrima.

Britta. *Britta.* Hîc fuit Albericus valdè celebris in arte militari, quam didicerat à Bertonibus.

Bononia. *Bononia.* Antiquitus dicta Felſina. Sita eſt ad flumen Renum, inſignis magnitudinis, amœniſſima omnium ciuitatum eius tractus. Primùm fuit Reſpublica, poſteà occupata à Bentiuolis, operâ Papæ Iulii venit ad Eccleſiam; regitur tamen libera à quadraginta Senatoribus. Ciuitas valdè eſt antiqua, populumq; habet tam bello quàm paci aptum. Hîc reſidet Legatus Apoſtolicus, cui incumbit præeſſe iuſtitiæ. Incolæ omnes exteris ſunt addictiſſimi; quæ res non parùm attulit ornamenti ipſi Academiæ, tũ celeberrimæ, tum antiquiſſimæ, vt non immeritò Mater ſtudioſorũ diceretur ab omnibus. Hîc ante paucos annos docuit Hieronymus Mercurialis, cui ſucceſſit *Codeus* vterq; Medicus, vti ſcripta teſtantur publica, excellentiſſimus. Præterea miraculum illud oraculum Naturæ *Vlyſſes*

Aldro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aldrouandus, qui quinquaginta aut circiter annis in ea vniuersitate rerum simplicium physin exposuit, tanta diligentiâ, vt simplicium rerum (intellige metalla, metallica, lapides, terras, plantas, animalia, &c.) tam in Europa, quàm in reliquis orbis partibus repertarum tomos supra viginti (quos ego oculis meis vidi) composuerit, quorum aliquos iam prælo destinatos intelligo. Hic præterea longo tempore anatomen remq; chirurgicam tractauit. *Tagliacotius* in mutilis siue curtatis reparandis cum omnium stupore exercitatissimus; quot vir ille restauravit amissos nasos, abscissa labia? Verùm opera quæ de hisce iã parata habet, atque breui in lucem prodibunt, omnibus admirationem excitabunt. Hic præterea videre est illustrem virum *AEneam Vizomium*, excellentissimũ *Claudium* vtrunque cum maxima vtilitate Medicam praxem profitentem. Téne omittam *Magine*, qui non veritus es Herculeos in re Astronomica suscipere labores, vt nos omnes tædio calculi leuares: Viues sanè quamdiu vigebit Astronomia. Verùm rerum Bononiensium historiam accuratè descripsit reuerendus Pater Cherubinus, qui in ea toto vitæ tempore laborauit.

Ferraria, sita est ad Padum, estq; vna ex famatissimis ciuitatibus Italiæ, ornata pulcherrimis palatiis, nobilitate ditissima. Academia hîc est, quam concurrentiæ causâ cum Bononiensibus constituit Federicus II. Paucis annis elapsis multos passa est terræmotus. *Ferraria.*

LONGOBARDIA CISPADANA.

Mutina vulgò *Modena* sita adviam Æmiliam, non *Mutina.*

multum distat ab Apennino monte, muris satis fortibus munita. In hac sunt palatia pulcherrima à Ducibus Ferrariæ constructa.

Forcelli. *Forcelli.* Antiquitus insula facta à fluuio Leuino. Hic sibi diuiserunt vniuersum orbem M. Antonius Lepidus & Augustus.

Mirandula. *Mirandula,* hæc sola hodiè quiescit sub alis Regis Christianissimi. Celebris est hæc ciuitas ob Ioannem Picum Mirandulanum, qui vultu extitit (vt testatur Laurẽtius Ananiensis, qui eius effigiem ad viuum depictam vidit) angelico: ingenio verò adeò acuto, vti monstrum suæ ætatis fuerit vocatus: Versatissimus in variis linguis & scientiis, vt opera eius edita declarare possunt.

Regium. *Regium.* Colonia Iepidi, cuius prælatus potest armatus celebrare sacrum.

Parma. *Parma.* Peruetusta est ciuitas in ipsa via Æmilia, situ plano, quinis ab Apennino pass. mil. Suburbia quæ ad occasum conuersa sunt, ab ipsa ciuitate, Parma fluuio diuiduntur, cuius transitus ponte lateritio iungitur. Nominis etymon alii à Parma fluuio deducunt, alii à dictione Latina, quæ significat scutum, verum sine ratione, cùm nomẽ id habuerit, cùm ibi non Latina lingua sed Hetrusca vigeret, sitq; extructa ab Hetruscis: ideò melius à dictione Hetrusca, quæ principale significat, deduci potest. Incolæ hodiè sunt venusti nobiles, animosi, ingenioq; singulari. Agrum ciuitas habet optimum, amœnissimumq; & fœcundum, vndiq; campi circa longè lateq; sternuntur, pascuis lætissimis felices, summa opportunitate rei pecuariæ. Vnde in tantum mirabili abundantiâ, lac caseo figurando

percipitur, vt copia fidē excesserit, nî videris, obtinetque summum in tota Italia commendationis gradum, caseus Parmensis cum Placentino & Laudanense.

Placentia. Ciuitas à Peucenso capitaneo Gallo dicta putatur: hoc tempore admodum est magnifica nobilitate ciuium. Iacet periucundo loco iuxta Padum, ab Austro campis amœnissimis cincta, fructiferisq; collibus. Agrum habet omnium rerum ad vsum mortalium fertilem: Incolis vberrimos etiam quæstus reddit admirabilis abundantia casei, vti de Parmensi territorio diximus. *Placētia.*

Alexandria in monte Feraci; Patria fuit Pii V. *Alexādria*

Palentia. Hic occisus fuit Plancus à M. Antonio, & Stilcon victus ab Alarico Gotho, distat hæc ciuitas non longè ab Asti: hodiè eius tantum reliquiæ supersunt. *Palentia.*

Ceua caput sui Marchionatus. *Ceua.*

LONGOBARDIA TRANSPADANA.

Mantua. Sita est in paludibus Mitii. Huic nomen imposuit Ocnus à nomine matris Manto dictæ. Ciuitas est munitissima, ornata pulcherrimis ædificiis, inter quæ hodiè excitant admirationem Cæsaris triumphi, tam affabrè facti, vt cum quauis antiqua & moderna pictura conferri possint. Præterea aula ibi est ea arte constructa, vt nemo in ea tam submisse loqui valeat, quin is, dū aures muro apponit, intelligat voces loquentis. *Mantua.*

Peschiera. Arx inexpugnabilis ferè. *Peschiera.*

Brescia. Ciuitas vna ex præcipuis huius tractus, tam ratione castrorum nobilium circa ciuitatem, quorum copia superat vniuersas Italiæ ciuitates; quàm variorum no- *Brescia.*

bilium aulis intra ciuitatem. Instrumenta bellica hic omnis generis parantur plurima. Hæc libertatem accepit ab Ottone Imper. posteà variis Dominis subiecta fuit; hodiè cũ magna tranquillitate quiescit sub Veneto Senatu.

Cremona *Cremona.* Ciuitas valdè magna, populum habet armigerum & fortem.

Crema. *Crema.* Propugnaculum est inexpugnabile.

Bergomũ. *Bergomum.* Hoc tempore munitum valdè est à Venetis. Hîc sepulchrum est Bartholomæi Coleonis celeberrimi belli Ducis.

Grison. *Grison.* Ciuitas, vnde nomen sumunt Retiiilli, qui inter Alpes habitant.

Vattis. *Vattis.* Hic magus quidam transiens in spelunca quadã imagines certas inscripsit lapidibus, quibus curarari existimat morbos contagiosos omnium iumentorum, dum ea ter in illam speluncam introduxerint.

Lauda. *Lauda* vulgò *Lodi*; Hic fit caseus præstans, vti de Parmensi diximus.

Monza. *Monza.* Hîc coronatur Imperator coronâ ferreâ ab Archiepiscopo Mediolanensi, secundum ordinationem Caroli Magni.

Comum. *Comum.* Ciuitas pulchra & fortis, hinc desumit nomen Latus Comensis, vulgò *Lago di Como.*

Papia. *Papia.* Nomen sumpsisse quibusdam putatur à Papinio Gallo, qui in Italiam tendens hanc ciuitatem valdè illustrauit. Antiquis Ticinum dicebatur à Ticino fluuio ciuitatem lambente. Hîc pons est vltra Ticinum pulcherrimus totius Italiæ, tecto, quod columnis innititur marmoreis, ornatus. Academia valdè celebris. Ciuitas amœna, stu-

na, studiis valdè apta. Inter cæteros professores ibi docet Medicinam vir Doctiss. *Constantinus Luca* nostræ ætatis lumen non vulgare, vti tùm eius discipuli, inter quos & ego aliquando fui vnus, tum scripta quæ edidit acutissima, docere possunt abũdè, erga omnes, sed præcipuè exteros humanissimus. Multi præterea alii in variis facultatibus ibi viri sunt excellentes, quos præterire me cogit libri huius instituta breuitas. Antiquitus fuit Regia Longobardorum, vnde ciuitas hoc tempore quàm pluribus ornata est turribus angustis & altissimis, quæ sensim propter ruinæ periculum vrgente magistratu diruuntur. Templum cathedrale erigi cœpit pulcherrimũ à Vicecomitibus: Vetùm id imperfectum adhuc est, alioqui omnium iudicio vniuersa Italiæ templa superaturum fuisset. In foro piscatorio equus visitur pulcherrimus ex metallo columnæ impositus. In hac ciuitate corpus quiescit B. Augustini in tẽplo cum monasterio ei sacro, quod Luitprandus Rex ob translatum D. Augustini corpus restaurauit cum dote ingenti. Ante hanc ciuitatem ab exercitu Caroli V. captus fuit Franciscus Rex Gallorum.

Mediolanum vna ex maximis Italiæ ciuitatibus; nomen autem sumpsit à Veruece, quod est Mediolanensium insigne, & sue, quod est Heduorum, qui Italiam ingrediẽtes hanc ciuitatem extruxisse vnà cum Biturigibus dicuntur: Ita tradit Alciatus. Hæc ciuitas multa passa est variasq; habuit fortunas, iam libera fuit, iam sub propriis Ducibus, iam ab Imperatoribus vendita Vicecomitibus, inde posteà venit ad familiam Sfortiæ Hodiè reiectis & expulsis Gallis, quiescit sub alis Regis Catholici. Maxima in hac

Mediolanum.

ciuitate

ciuitate omnium rerum negociatio. Ciuitas populosissima totius Italiæ. Hîc quiescit corpus B. Ambrosii Ecclesiæ Doctoris.

Vigeuano Angiera.

Vigeuano. Castellum est valdè amœnum.

Angiera. Hinc Dux Mediolanensis solebat titulum accipere Comitis.

MARCA TARVISANA, vulgò PATAVINVM TERRITORIVM.

Rouigo.

Rouigo. Hic passus est insignem ruinam Adria, vnde & mare Adriaticum nomen sumpsit: antiquitus ad mare sita erat hæc ciuitas.

Venetia.

Venetia

Venetia.

Venetia seiuncta est à continente circiter quinq; milliaribus: sita est mediis in stagnis, in intimo sinus Adriatici recessu. Cõdi cœpta est circa ann. Domini 421. cùm fama spargeretur, Hunnos Danubiũ transgressuros Italiæ inuadendæ causâ, quo tẽpore huius oræ gentes, tuta in his stagnis insularum loca, primùm cœperunt habitare. Deinde autem perpetuis incrementis vrbs adeò creuit, vt nunc in admirabilem fabricam vnumq; corpus conflata, circuitu passuum octo millia colligat. Ædificiis nitet splendidissimis, populo opulento ac potente. Et quanquam nihil penè apud se (quoniam mediis in stagnis sita est) hâbeat, ex omnibus tamẽ orbis partibus annona importatur, cuius abundantia, rerumq; ad hominum necessitatem ac etiam delicias vtilium, nisi longissima narratione consequi non possemus. Habet vicus seu plebanicas congregationes 72. quos riui diuidunt, ac transitus vbique pontibus iunguntur, quorum 400. censentur. Præcipuus verò riuus, quem canalem magnum vocant, totam vrbem intersecat, & circa medium anteà quidem ligneo ponte, nunc verò lapideo magnâ pompâ extructa iungitur. At ne multis magno incommodo circumeunda pontis sit via, loca habet triginta, ad quæ nauicularum certus numerus consident, quibus ciuitas peragratur, numerus autem earum (*gondulas* vocant) 8000. amplius esse putatur. Ciuitas hæc olim exiguo quodam denario recognouit Imperatorem: sed per eius liberalitatem & magnificentiam, quam semper ostendit Imperatoribus tam Græcis quàm Germanis meruit exemptionẽ, priuilegiumq; cudendi monetæ, omnemq; potestatem Regiam. Regitur Aristocraticè, di-

ſtinctaq; eſt in perſonarum tres ordines; Artifices, Ciues & Nobiles: ex quibus penes nobiles ſtat regimen, quod tribus diſtinguitur conciliis: horum primum eſt concilium magnum, quod ingrediuntur omnes Nobiles, qui vigeſimum quintum ætatis annum exceſſerunt. Prætereà & alii Nobiles, qui minoris ætatis ſunt, eliguntur ſingulis annis in die feſto S. Barbaræ: Huic concilio incumbit creare officiales, quod calendis miro modo efficitur. Alterum vocatur *Conſiglio di Pregada*, hoc prouidet negotiis ad ſtatum Reipub. pertinentibus. Tertium *Conſiglio di dieci*, inſtitutum propter negocia maximè ardua, vt rebelliones & ſimilia. Vtuntur ritibus propriis, non adhærendo legibus Imperialibus, licet iis ſtudeant, vt cauſas earum cognoſcant, vt tẽpore opportuno iis vti poſſint. Dux electus toto vitæ tempore ea fruitur dignitate, vtiturq; pompa Regia, egreditur in ſede ſub vmbraculo aureo, præcedentibus tympanis argenteis, comitantibuſque variis Legatis. Prouiſionis loco non plus aſſignatur Duci, quàm mille coronati menſtrui, idq; ad conſeruandam libertatem, cui ſtudio incumbunt vnicè. Circum ciuitatem viſuntur multæ inſulæ, quæ videntur Venetis ferè vnitæ: Sunt autem illorum lingua vocatæ *Gindecca S. Angelo della concordia, S. Georgïo de Alega*, *Murano* locus iucundus ſitu ædificiiſque Venetis par, ac amœnitate longè præcellens. Hic pulcherrima vaſa conflantur vitrea & Cryſtallina, nec iis ſimilia reperiuntur in vniuerſo. Nonnunquam ex vitro conſtructa fuere organa, quæ pulſatu ſonum reddunt ſuauiſſimum. Item oſtenditur triremis cum remis & malis, omnibuſque rebus neceſſariis ma-

gnifa-

gni sanè artificii: deinde Torcello, Mazzorbo, Burano.

Lignago. Arx est munitissima. *Lignago.*

Verona. Sita ad fluuium Adigium, ciuitas munita magnæque negotiationis. Hîc videre est optimum antiquissimumq; theatrum. *Verona.*

Vincentia, ampla & magnifica Marchiæ Taruisinæ vrbs, sita iuxta radices collis, duobus amnibus diuisa. Est autem ædificata peroptimè, ac splendidis operibus ornata, inter quæ prætorium fori magnificentissimum cœnobiumq; D. Coronæ sodalium Prædicatorum, in cuius fano sacratissima spina conseruatur, ex corona Seruatoris Christi, quam huc ex Gallia Bartholomæus Vincentius vrbis Episcopus ex ordine Prædicatorum attulit, cui abs D. Ludouico Franciæ Rege fuerat donata. Colunt hanc spinam Vincẽtini præcipuè, deferturq; quotannis per vrbem cum maximis honoribus. Cœnobium hoc etiam pernobilem habet bibliothecam. Aquis Vincentia benè instructa est, duobus enim amnib. nauigabilibus diuiditur, non tamen æqualibus partibus, Bachilione nimirũ & Rerone, qui ex vicinis montibus in ipsa vrbe Bachilioni iungitur. Bachilio quoq; Tessinam amnem excepit; iuxta Plinii dictum; Abundat vrbs hæc maxima rerum omnium ad vitam vtilium copia, propter summam agri amœnissimi vberratem, qui frumenti, vini, cæterarumque frugum maximè fertilis est. Tanta cum ipsa vrbe, tum in agro, mororum arborum, (quarum fronde bombyces aluntur) frequentia est, vt summam habeant admirationem. Verùm hoc Sericum non ita est robustum, ac illud, *Vincentia*

quod Vermes genuere, foliis earum arborum nutriti, quæ mora nigra producunt; Vberrimum hinc quæstum Vincentini faciunt.

Serauallum.

Serauallum, celebris armorum bellicorum officina, pannorumq; , vini ac frumenti negotiatione inclytum emporium, situ tam amœno ac nobili præstans, vt incolæ loci amœnitate capti, vsq; adeò diuersis tẽporibus accreuerint, vt ter necesse fuerit mœnia dilatare, quæ nunc bis mille & quingentorum passuum spatium complectitur. Qua parte ad Septentrionem spectat, perpetuos habet montes, per quos Germani Serauallum, emporium illis gratissimum, frequentant. Vina enim hic inueniunt & emunt optima, suasq; merces permutant, equos, boues, metalla, &c. A duabus ferè partibus, qua in meridiem Venetias versus, quaq; in Orientem tendit, latissimam habet planitiem, elegantissimis collibus distinctam, vnde non solum vina, sed frumenta vberrima colliguntur, non tantùm ad incolarum vsum, sed ad subleuandas etiam necessitates Alpensium hominum, qui in Cadubrii iugis & in Tyrolensis Comitatus parte duram vitam, aut metallis fodiendis, aut lignis secandis, tolerant. Ad occidentem colles habet vinetis & oliuetis ornatos. Omnibus autem ex partibus pascua pinguia, tam in campis quàm in montium vertice frequentesq; lacus & syluas, vt nec venationes, nec piscationes, nec aucupia iucundissima desint. Illud verò in huius oppidi situ memorabile, quod, qua parte planicies est, nullo sit expositum vento, qua autem montibus accliue, perpetuos quasi ventos sentiat; ita, vt natum sit hinc vetustum apud Italos prouerbium:

Per dachi vvol che Saraual ha vento. Hic autem permanens ventus ſanitati conſeruãdæ conducit, aërem quippe per purgat, vt hominum memoria auditum non fuerit, Seraualle, vel peſtẽ, vel contagioſi morbi luem, noxiam fuiſſe. Hoc igitur oppidum in ea regione Taruiſinæ Marchiæ ſitum, quæ in foro Iulienſi patria olim cenſebatur in diœceſi Cenetenſi, eos montes claudit, quos antiquitas Opiterginos vocitabat, nũc Chriſtiana religio pia nomina dedit S. Auguſtæ & S. Antonii, quibus Sanctis illis in montibus templa poſita ſunt. Et quidem Auguſtæ Virginis ac martyri valdè celebre, cuius oſſa ibi poſita, veneratur proximi & exteri, peregrinationeſq; ſuſcipiunt & votiuas tabulas ponunt. Calendis Auguſti frequentiſſimus populi ad eam Baſilicam concurſus, quando & celebres ſunt oppidi nundinæ. In iiſdem montibus arces ſunt antiquiſſimæ, quarum tamen veſtigia non adeò diruta ſunt, quin declarent, magnos ibi Principes præſidium ſibi tutiſſimum & habitationem valdè commodam collocaſſe. Oppidum, vnà cum aliis finitimis, Imperatorum donatione ad Eccleſiam Conetenſem pertinebat. Sedes deinde fuit Regulorum Caminenſium (quæ familia tunc computabatur inter quinq; totius Italiæ nobiliores) ex quo loco vicinis populis, qui ſub eorum imperio erant, iura dabant. Ricarduſq;, qui ex ea familia vltimus fuit, in eodem oppido quieſcit, in monaſterio D. Iuſtinæ marmoreo ſepulchro, valdè illuſtri, quod quatuor eius aulæ primates iuſta corporis & vultus imitatione ſuſtentant, & latera hiſtoriis eodem marmore diligenter ſculptis, ornantur. In ſumma autem parte marmoreum cadauer iacet, ſtantq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad singulos annos quatuor Episcopi & vxor ploranti simi-
lis. Nunc Veneti oppidum possident, molli quidem im-
perio & suaui. Nam Senatorem mittunt cum Prætoria
potestate, qui iustitiam administrat, & vectigalia curat.
Reliquum quod est publici regiminis, apud illas familias
manet, ad quas antiquitatis & nobilitatis priuilegio perti-
nebat, imminuto tamen iure sic exigentibus publicis ra-
tionibus, quibus priuata commoda cedere æquum est.
Illæ familiæ XIIII. iam sunt, aut XV. eliguntur; ex iis-
dem XXXV. viri, quibus tota Reipub. administratio in-
cumbit. Illa Seraualli pars, quæ in montibus est, rariori-
bus ædificiis conspicua est, in reliquo corpore frequentia
sunt & splendida. Medium interfluit Mesulus, limpidissi-
mus amnis & piscosus, truttas, lupos, carpones, anguillas,
cancros suppeditãs, ab Italicis Latinisque Poëtis celebra-
tus, duobusq; lapideis pontibus constratus. Populus reli
gioni deditus, ingenioque ac industria impiger, & ad ma-
gnas res aptus, nisi ciuiles simultates, quas truculẽter ex-
ercet, animus ab honestioribus studiis plerunq; alienaret.
Sunt tamen, fueruntque omni tempore viri doctrinâ, o-
mniq; virtute clari.

Patauium. *Patauium.* Ciuitas antiqua, sita, (vt Strabo ait) iuxta-
paludes, à mari sursum habet nauigationem. Huic ciui-
tati concessêre Romani, vt Senatum eligerent. Hodiè
sub Venetorum imperio est, à quibus insigniter permuni-
ta est muris, turribus, valibusque; Sumptuosissimis et-
iam artificiis abundat. Canonici Patauini æstimantur ho-
diè omnium totius Italiæ Canonicorum ditissimi. Hinc

fuit

fuit oriundus Titus Liuius historicus, cuius etiam ostenditur sepulchrum. Gymnasium omnium disciplinarum à Federico hîc institutum est celeberrimum: Hortus quoq; hic constructus infinitis propemodum plantis refertus, quas Magistratus in gratiam studiosorum Medicinæ ex diuersis mundi partibus colligi & deferri curauit.

Taruisium. Locus est munitissimus, & quasi inexpugnabilis, tum ratione murorum fortissimorum, quibus cinctus est, tum ratione fluuii Sili, cuius aqua potest inundare in totum territorium. Vrbs hæc rebus ad vsum humanum vtilibus inprimis affluens; Copia nanque frumẽti, vini, cæterarumque frugum & pecuaria re maximè abundat. Gens perhonesta lautaq;, sublimibus & viuidis ingeniis prædita. *Taruisiũ.*

FORVM IVLII.

Palma.

Palma ciuitas & arx rotunda, Anno CHRISTI M. D.XCIII. à Venetis extrui cœpta. Habet propugnacula nouem, quæ à se inuicem distant 200. passibus. Circa hæc plateæ circulares, pro ornanda àcie. Fossæ ciuitatem ambientes latæ sunt passus 30. profundæ 12. Portas habet 3. & areas 9. Viæ ex propugnaculis ad centrum sunt, in quo turris munitissima, ciuitatis subsidium. Diameter ciuitatis est sexcentorum passuum. Nomina propugnaculorum sunt hæc: *Palma.*

1. S. Fortunatus.
2. S. Hermacorus.
3. S. Crux.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

3. S.Crux.
4. S.Laurentius.



5. S.Iuſtina.
6. S.Stephanus.
7. S.Maria.
8. S.Clemens.
9. S.Eufemia.

Fundamento ſubſtrati ſunt nummi ex omni metallorum genere confecti cum hac inſcriptione : *Paſcale Ciconia Duce Venetorum, &c. Anno Domini M D. XCIII.* ab altera verò parte : *FORI IVLII Italiæ & Chriſtianæ fidei propugnaculum.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aquileia vel *Aquilæa* ad læuam Natisonis fluuii ripam, sinui maris Adriatici proxima, ab Aquillo Troiano extructa creditur. Vrbs olim præclara & felix, ob negotiorum amplitudinem & frequentiam, quoniam ex cunctis propemodum orbis partibus ob summam loci opportunitatem & aditum tam mari quàm terra commodissimum, merces huc conuehebantur: maximeq; res Aquilensium auctæ, post Spinam & Adriam collapsas, iis enim vrbibus sepultis, ad hanc vnam negotiatores omnes confluebant. Desiit tamen id summum mercaturæ studium apud Aquilæenses, vnà cum ipsius ciuitatis fortuna. *Aquileia.*

REGNVM NEOPOLITANVM, & primùm LATII residuum.

Caieta. Ciuitas antiquissima cum portu excellenti, tantarum virium, vt aliquando instruxerit triginta triremes. Hîc continuũ est præsidium Hispanorum, antiquitus fuerunt hîc ob loci amœnitatem, cœliq; clementiam, deliciæ Faustinæ. *Caieta.*

Mola. Antiquis dicta *Formia.* *Mola.*

TERRA LABORIS siue CAMPANIA FOELIX.

Cuma. Antiquitus fuit adeò potens, vt cum antiquis Hetruscis tunc temporis potentissimis contendere non vereretur. Hinc S.P.Q.R. concessit, vt publicè linguâ Latinâ posset vti, quod nulli alteri populo concesserat, Hodiè ruinæ eius tantummodo supersunt. *Cuma.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pitacusa. *Pitacusa.* Locus est fortissimus, vt meritò altera clauis Regni habeatur:

Baia. *Baia.* Hanc admiratus est ob delitias loci Aristobolus Iudæorum Rex.

Puteoli. *Puteoli* vulgò *Puzzolo*: Hic locus adeò celebris apud Romanos fuit habitus, vt altera Roma vocaretur, vbi nullæ supersunt reliquiæ magnificẽtiæ eius antiquæ, quæ non pariant admirationem. Molis antiquæ Puteolanæ & Coliseĝi supersunt reliquiæ. Piscina mirabilis, Lacus Lucrinus iam monte tectus valdè alto. Item Auernus cum spelunca Sibyllæ per quam fingitur Æneas & Vlysses descendisse ad inferos. Ostenduntur adhuc campi Flegrei celebres propter bellum Gigantum cum Hercule. Thermæ excellentissimæ diuersis morborum generibus vtilissimæ. Accedit antrum exiguum vulgò *Mofeta* dictum, vicinum lacui Agnano, in quod si animal viuum iniiciatur, moritur subitò, deinde celeriter extractum & in lacum iniectum vitam recuperat, vti ego ἀυλοψίᾳ sum edoctus. Frequenter hîc est videre serpentium sese submergentium maximam congeriem, in quo diuina prouidentia mirè venit admiranda, quæ non permittit serpentes ita multiplicari, vt humano generi damnum inferre possint. Plura de hoc loco breuitas vetat.

Pausalippus. *Pausalippus.* Ab aëris amœnitate nominatus, cùm locus sit valdè amœnus. Hîc Cæsar suam habuit piscinam.

Luculli antrum. *Luculli antrum.* Hoc alii attribuunt Basso, alii Coccio: hic ostenditur sepulchrum Virgilii.

Neapolis. *Neapolis.* Caput regni, vnde & nomen habet. Sita est

inter

inter mare amœnissimosq; colles. Colonia Calcidiorum. Dicta primùm Parthenope à Sirene, quæ eò à fluctibus delata erat. Neapolis autem posteà dicta, quòd cum à Cumanis fuisset destructa, de nouo iterũ ab illis fuerit culta & habitata. Accreuit per adiectionem Palepolis in quantitatem maximam, fidelissima populo Romano fuit, sub cuius imperio tamdiu perseuerauit cũ magna laude, donec cum reliqua Italiæ parte à Gothis occuparetur: quibus deinde pulsis Normãni victores eam caput regni cõstituére; posteà ad Sueuos ratione Reginæ Constantiæ vnicæ hæredis deuenit. Victa deinde Conradino à Carolo venit ad Gallos & Hongaros: posteà ratione Reginæ Ioannæ venit ad Aragonenses: hodiè quiescit sub vmbra Regis Catholici. Tanta autem hoc tempore est populi frequentia, vt nulli Italiæ cedat ciuitati. Vrbs spatium complectitur magnum, extructa magnificè, mœnibusq; firmissimis munita. Ædes habet cùm Diuorum tum hominum ornatissimas, & splendidissimas, arces penè inuictas. Huc Principes illustresque viri summâ frequentiâ concurrunt, & maioré partẽ hîc transigunt, ita vt meritò ciuitas hæc nobilitate reliquas omnes totius Italiæ superet. Viget hic Musica adeò vt antiquis Arcadibus cedere nõ debeat: quorumq; rectores non inuident Sabaritis. Miraculum hic visitur singulis annis valdè celebre; Ciuitas nanque hæc septem in cœlo tutores habet, quorum vitæ descriptæ sunt à Paulo Regio: Inter quos nunc est S. Ianuarius, cuius sanguis cum maxima veneratione in capsula conseruatur niger & durus, instar saxi, qui cum admouetur eiusdem Sancti venerabili corpori, confestim dissol-

uitur, tanquam si à puero esset sparsus. Hic viget studium omnium disciplinarum, potissimùm tamen legum.

Heraclea. *Heraclea*, vulgò *Torre del Greco*: Nomen sumsit ab Hercule, qui huc appulit cum multis nauibus.

Cales. *Cales.* Hodiè dicitur *Carinda*, commendata à vino, quod ibi colligitur valdè excellens.

Capu. *Capua.* Antiquitus dicta fuit Osca, quod lingua Hetrusca significat serpentem. Dum autem Hetrusci ciuitatem hanc nituntur augere, vident supra ciuitatem volantem Falconem ab iis dictum *Capis*, inde sumpto augurio secundum disciplinam eorum, iudicarunt id nomen non esse contemnendum, tanquam si nomen id maiorem adferret dignitatem, quàm anteà habuisset, sicuti etiam ad tantum accessit culmen, vt post Romam præcipua haberetur. Ideò etiam Senatus Romanus sæpè deliberauit de sede sua cum Capua commuranda.

Nola. *Nola* ciuitas antiqua, vbi Hannibal per insidias occidit Marcellum decus militiæ Romanæ.

Somma. *Somma.* Valdè celebris est propter vina dicta *Lagrima* & *vin Greco*, quæ hic colliguntur, & propter Vesuium montem continuò ardentem, in quo monte periit Plinius, dum ex curiositate vellet videre magnam eam eruptionem cinerum, qui in Africam & Ægyptum vsq; spargebantur.

PICENTI
hodiè
PRINCIPATVS CITERIOR.

Sorrentũ *Sorrentum*, pulcerrimo totius huius tractus loco

situm

fitum, antiquiſſimum eſt. Hic plurima miracula quotidiè in Dæmoniacis oſtenduntur à B. Antonio.

Amalfi. Hic quotidiè admirationem parit ingentem manna ex reliquiis S. Andreæ Apoſtoli profluens in ſuppoſitum cratera, qui licet ſemper effũdatur in vaſa deputata ad conſeruationem, tamen exiguo tempore iterum repletur. Habet autem manna iſtud effectus mirabiles. Hic à fluuio inuenta fuit pixis Nautica, inuentum ſanè nulli antiquorum ſecundum. *Amalfi.*

Salernum: Aërem habet totius Principatus excellentiſſimum. Metropolis eſt Principatus. Hic floret ſtudium Medicinæ, licet antiquitus multò magis viguerit. Situm & proſpectum habet ampliſſimum totius occidentalis Italiæ partis. Ciuitas eſt antiquiſſima *Salernũ.*

Nocera Paganorum, dicta vel quia in varios diſtincta pagos, vel quia inhabitata fuit à Saracenis, quos Paganos vocant, poſt cladem quam in Gariliano ſunt perpeſſi. *Nocera Paganorũ*

Lucani. Pars Principatus & Baſilicata. *Lucani.*

Peſte. Ciuitas antiqua, in qua propter loci & aëris amœnitatem bis in anno florent roſæ. Ab hac nomen deſumit ſinus quidam periculoſus, quem hodiè Nautæ vocant *Golfo di Salerno*. *Peſte.*

Piſciotta. Caſtellum, nomen ſumit à fluuio Buſento, quem Græci vocant pixos. *Piſciotta.*

Policaſtrum. Vrbs nobilis: Ducatus titulo inſignis. Sinum maris habet, quem antiqui vocârunt Sapricum, à ciuitate Sapri. *Policaſtrũ*

Potentia Ciuitas antiqua, ſed valdè frigida ſuper Apenninum ſita. *Potentia.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Venosa. *Venosa.* Patria est Horatii.

Attella. *Attella.* Hîc cæsi sunt Galli.

Melphi. *Melphi.* Colonia & sedes Normandorum, qui patriam suam egressi Mauros ex hoc regno expulerunt, regnãdo continua serie vsq; ad Reginam Constantiam, cui cùm monialis esset, concessit Pontifex, vt nuberet Federico Barbarossæ Sueuo Imperatori.

Calabria. *Calabria.* Antiquis Lampetia. Hîc propter commoditatem lignorum & picis construuntur multæ naues.

Altomõte. *Altomonte* magna satis copia abundat.

Pacla. *Pacla.* Patria S. Francisci authoris ordinis Minorum.

S. Nocito. *S. Nocito.* Celebris ob vinum excellens, quod ibi crescit, Vernochia dictum.

Consentia *Consentia.* Caput & Metropolis est Brutorũ. Sita est ad ripam fluuii Crati & Basenti, vnde forsan nomen corruptum trahit originem, vrbs cum primis hac ætate nobilis & honesta. Celebris est hæc ciuitas ob sepulchrum Alarici Gothi, cum aliquot thesauris, quos hic abscondit, & ob fugam Ottonis à Basilio Græco depulsi, & mortem Ludouici d' Angio. Patria est Bernardini Tilesii. Colonia fuit antiquorum Lucanorum.

Martiranum. *Martiranum.* Corrupto nomine à Mamerto huius incolæ non minus sese populo Romano fideles ostenderunt, quàm armis potentes, vt ipsi sese solos opponerent Pirrho exercitus Duci valentissimo, ita vt Pirrhus non tẽtatâ fortunâ recedere fuerit coactus.

Nocera. *Nocera* ad maris latus sita; Reliquiæ sunt antiquæ Terinæ, quæ ab Annibale fuit destructa, cum eam contra

vires Romanas tutari non posset. Hodiè Ducatus titulo insignis est.

Castiglione caput Suberum: Huc appulit ex Sicilia veniens Pirrhus. *Castiglione.*

S. Euphemia. Hinc nomen desumit Sinus anteà dictus Lameticus. *S. Euphemia.*

Nicastrum. Locus valdè amœnus. Hic Federicus Barbarossa recreare sese solebat, tum propter Balnea, tum ratione venationis tam ferarum quàm auium. *Nicastrũ.*

Tiriolum. Reliquiæ antiqui Tyri, vbi adeò coarctatur mons Apenninus, vt aquæ pluuiæ ædium plurimarum ex tecto sinistro transfundantur in mare Tirrenum, ex tecto vero in Adriaticum. *Tiriolum.*

Maida. Extructa à Mauris, sicuti Alcamum in Sicilia, ad imitationem eorum Mahida in Barbaria, cùm vtraque territorium habeat fertilissimum. *Maida.*

Pizzo. Aërem & situm habet adeò amœnum & apricum, vt hyberno tempore non inuideat Puteolis. *Pizzo.*

Benona antiquitus portus Hipponii, quem incolæ hodiè vocant *Monteleone*: Situm habet pulchrum, & campos prataque circũcirca: in quibus dicuntur antiquitus vincire solitas mulieres coronis, ex florib°, quos ipsæ propriis manibus collegissent, alludentes forsan ad Deam Proserpinam, quæ ex Sicilia veniens huc sæpè transire solebat. Hîc nundinæ adhuc durant, quas olim instituit Agatocles Tyrannus, & circumcirca inueniuntur multæ antiquitates Medaliæ dicatæ ex auro & argento, vnde cognosci potest magnificentia Hipponii. *Benona.*

Soiar-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sorianum — *Sorianum.* Hinc titulum Comitis sumit *Don Ferrante Cataua*, primogenitus Alphonsi Ducis Noceræ.

S. Stephani Monasterium — *S Stephani Monasterium* à Rutgero Normanno extructum, valdè diues; Hîc inter alias Sanctorum reliquias asseruatur corpus B. Brunonis, qui Parisios deserens hic pœnitentiam egit

Tropea. — *Tropea* à verbo τρόπω nomen sumit, quia cùm fluxus à Pharo huc perueniat, iterum repercutitur, locus sanè valdè periculosus nauigantibus.

Seminara — *Seminara.* Hîc cæsi fuerunt Galli à Consaluo Ferrandes.

Bagnara. — *Bagnara* in insula Liparo cõtinenti est proxima: Hîc mulieres ob pulchritudinem Nymphis ferè similes sunt.

Sciglio. — *Sciglio* in rupe positum est, nomen retinet ab antiqua Scilla filia Phorci. Hæc ciuitas munita fuit ab Anasilao contra Hetruscos: Hic quoque M. Crassus Spartacum concludere voluit, sed frustrâ, cum is aufugisset media nocte.

Regium. — *Regium.* Vna ex antiquissimis ciuitatibus Italiæ, vt quam inhabitârit Eschenes pronepos Noë. Longo tempore fuit Respub. celebrisque fuit propter Andredamum legislatorem. Destructa fuit à Dionysio Syracusano, postea restaurata à Cæsare: multa passa est à Barbarossa. Hic mulieres Siculum habitum ex parte assumunt.

Gieraci — *Gieraci.* Ciuitas antiquitus dicta *Locri*, extructa ab Aiace in fronte, vt volunt aliqui Itali, hic dicitur singulis diebus apparere iridem, nec vnquam ob aëris temperiem summam ibi fuisse pestem. Hæc ciuitas prima fuit, quæ apud Græcos vsa est legibus scriptis Hic regnauit Seleucus

legisla-

legislator, qui adeò sæuit in adulteros, vt ius vtrunq; oculum erui voluerit: ideóq; cùm & filius eius proprius in adulterio deprehensus esset, vnum oculum sibi, alterum filio erui voluit. Celebris etiam fuit ob Timæum Philosophum, Eunomum Musicum, Eutimium Athletam adeò robustum, vt humeris sustineret saxum adeò graue, vt illud par boum vix trahere posset. Hic fuit templũ Proserpinæ, quod ob eius diuitias fuit spoliatum à Pirrho, Dionysio Syracusano, & Pleminio Romano.

Catanzarum. Ciuitas est ex maximis Calabriæ, adeò fidelis suo Principi, vt permiserit sibi, dum à Gallis obsideretur, aufetri proprium argentum, & ex eo cudi monetam, in subsidium militum præsidiariorum, Hispanorum totiusq; patriæ, quam monetam hodiè adhuc seruant memoriæ gratiâ. *Catanzarum.*

Tauerna. Ciuitas originem sumpsit ab antiqua Treshinese, quæ cum in littore maris constituta esset, à Mauris destructa & posteà iterum reædificata remotiùs à mari, loco quasi inexpugnabili, fuit deinde longâ obsidione vastata à Wilhelmo Normando. Vltimò duobus inde miliaribus habitatur, loco magno inter duos fluuios Litello & Albi dictos. *Tauerna.*

Policastro. Hic asseruatur vna ex spinis coronæ Domini nostri, quam Claudia Regina Galliæ dono dedit Fratri Dionysio Sauco. *Policastro*

S. Seuerina alto in monte sita, in medio duorum fluminum, naturâ suâ satis munita. *S. Seuerina.*

Rocca. Hîc montes salis colliguntur. *Rocca.*

Lacinii Promontorium. Hodiè *il Capo delle colonne.* *Lacinii Promontoriũ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hîc celebre illud templum Iunonis, quod Æneas honorauit calice argenteo. Hîc schola fuit Pythagoræ, hîc cineres Philothetis, qui supra altare positi non fuerunt sparsi à ventis. Hîc armenta à lupis secura erant consecrata in templo. Hîc Annibal cõstituerat columnã vnam auream tollere, sed somno horribili terrefactus continuit manus.

Crotone. *Crotone.* Antiquitus vna ex maximis & optimis ciuitatibus magnæ Græciæ, cui muros præscripsit Misellus, loco adeò sereno & clemente, vti vulgi prouerbio feratur: *Crotonis aere salubrior.* Fuit valdè celebris propter Orpheum Poëtam & Pythagoram, qui ex Samo, vel (vt alii) ex Hetruria veniens, princeps fuit Philosophiæ Italiæ. Præterea ob Democidem Medicum Regibus Persarum charissimum, & varia exercitia Athletica, in quibus excellens fuit Milo.

S. Maria. *S. Maria del Potire.* Hoc templum semper tremere fertur, dum illud ingreditur mulier aliqua.

Sibaris. *Sibaris.* Ciuitas antiquitus à Sibari fluuio dicta. Hæc propter amœnitatem loci ita creuit, vt aliquãdo exhibuerit trecenta armatorum millia: Deinde luxu & fastu periit à Crotoniatis superata.

Turium. *Turium* vocatum fuit *Copie.* Hic scripsit Herodotus suas historias. Caronda quoque vt leges suas cõseruaret, in seipsum homicidium commisit.

Heraclea. *Heraclea* anteà dicta Syrus. Hîc statua fuit Mineruæ, quæ oculos torsit in Iouiõs ciuitatem spoliantes.

Metrapontum. *Metrapontum.* Hîc Hipparchus Astrologus, primus docuit motus cœlestes, tabulis eam in rẽ constructis. Reliquiæ eius tantùm supersunt hodiè.

Taren-

Tarentũ.

Tarentum. Aliqui dictum existimant à Tara filio Neptuni, alii ab Hercule originem trahunt, adeò hæc ciuitas creuit operâ Falanti Spartani, vt cùm regeretur Democraticè, certaret cum Lucanis frequentissimè, aduocato in auxilium iam Alexandro, iam Pirrho, vtroque Rege Epirotarum. Adeò fuit diues, vt totius regni nulla, præter Siracusam, tãtas diuitias adferret populo Romano. Hinc oriundus fuit Architas Mathematicus celebris, qui columbam æneam volantem construxit. Hinc etiam Aristoxenes Musicus. Multas passa est hæc ciuitas clades, sed nullam maiorem eâ quâ Sabba Saracenus eam affecit, totam ciuitatem cum principe suo vastando. In aditu huius ciuitatis portus est celeberrimus. Magnæ Græciæ finis est.

Capo di Leuca antiquis dictum Promontorium Iapigium: Hîc celebre erat templum Mineruæ, in quo seruabantur arma & torques Diomedis.

Capo di Leuca.

Otrantũ.

Otrantum. Ciuitas magni momenti: Acomat Bascia ciuitatem hanc expugnauit, ex commissione Principis sui Mahometi II. ostenditq; nouum medium muniendi ciuitates, quem imitata posteà est tota penè Europa. Hæc ciuitas vicina est Græciæ, ab ea distans tantùm quinquaginta miliaribus Italicis. Ideò conceperat primùm Pirrhus & post eum M. Varro, coniungere Italiam Græciæ, per pontem ex nauibus constructum.

Brundusium.

Brundusium antiquitus vna ex maximis Italiæ, hodiè ferè iacet destructa, licet portũ habeat excellentissimum. Nomẽ desumpsit à cornu ceruinio linguâ antiquâ Mesapiorum ita vocato. Similitudinem enim huius cornu ob-

tinebat hæc ciuitas. Hanc aliqui volunt fuisse Acheron-
tiam, alii negant.

Acerenza *Acerenza.* Similiter hanc alii existimant antiquorũ esse Acherontiam: Hodiè celebris est ob polum optimum qui ibi inuenitur, quem Medici iudicant Armeno satis similem.

REGIO BARIANA, antiquis PEVCETIA.

Barium. *Barium* emporium insigne, ciuitas antiqua, regionis caput, insignis Archiepiscopali sede. Templum habet valdè magnificè extructum, D. Nicolao sacrum, in quo reliquiæ eius Sancti custodiuntur: ex eius sepulchro continuò fluit manna.

Barletta. *Barletta.* Hic multi degunt mercatores, qui grana distrahunt.

Quarata. *Quarata* celebris vbiq; pulchritudine mulierum.

APVLIA.

Salpe. *Salpe.* Hîc Hannibal cùm anteà strenuus valdè esset miles captus amore mulieris cuiusdam, factus est omninò effœminatus, ita vt omnem amitteret authoritatem.

Manfredonia. *Manfredonia* creuit ex ruinis Sipontinis. Hîc hodiè magna est grani mercatura.

S. Seuerus. *S. Seuerus.* Hîc residet huius regionis Gubernator, qui etiam autoritatem habet in comitatum Molisiorum.

Foggia. *Foggia.* Hic vectigal soluitur secundum antiquas Constitutiones à pastoribus Abniscensibus, quod quibusdam annis accedit ad ducenta millia aureorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nocera Saracenorum. Dicta est à Saracenis, quos Federicus II. ex Africa veniens huc adduxit, iisq; habitationem assignauit. Antiquis dicta est Luceria, quia in monte sita, vndiq; lucem capiebat. Antiquitus celebris propter templum Mineruæ, & quod Colonia esset Romanorum, hodiè celebris duplici mercatu annuo. *Nocera Saracenorũ.*

Ferenzola. Hîc obiit Federicus, sicuti illi à Vate quodam erat prædictum. *Ferenzola.*

PRINCIPATVS VLTERIOR.

Monte Vergine. Monasterium valdè celebre, quod si quis intret secum ferens cibos Paschales, statim excitantur fulmina & tempestates maximæ circumcirca. *Monte Vergine.*

Beneuentum. Metropolis antiquorum Samnitum, antiquis dicta Maleuentum. Situm est ad fluuium Sabbatium. *Beneuentum.*

Monte Casino. Hîc tempore Licinii Crassi Consulis, virgo iam recens nupta mutata scribitur in masculum. Hîc est celeberrimnm Monasterium B. Benedicti, extructum ex ruinis templi Apollinis. *Monte Casino.*

Arpinum. Patria C. Marii & Tullii Ciceronis. *Arpinum.*

Ciuita di Chieti. Restaurata est à Normannis. Metropolis est: Hîc est sedes audientiæ huius prouinciæ. *Ciuita di Chieti.*

APRVTINA REGIO.

Sulmo patria Ouidii. Hîc olim cultri & gladii conficiebantur optimæ temperaturæ. *Sulmo.*

Aquila maxima ciuitas regionis Aprutinæ: posita est in colle, emporium insigne variarum mercium, sed potissimum croci. *Aquila.*

SARDINIÆ INSVLÆ REGNVM

Calaris.

Calaris.

Calaris. Metropolis huius Insulæ, multis priuilegiis ornata; creat ciuitas hæc consules, qui potestatem habẽt fontes puniendi citra authoritatem regalem: præterea nouas leges condendi, cum populi tamen consensu. Sita est ad montem, quem etiam aliquantulum ascendit versus Africam. Portus maris hic insignis est, in quo naues omnis generis in Orientem & Occidentẽ proficiscentes. Continet autem ciuitas in sese quatuor ciuitates, quarum media propriè dicitur Calaris, reliquæ suburbia potius merentur. *Villa noua* quidem versus Orientem; *La Gliapo-*

la siue

la liue *La Narina*, versus Meridiem; *Stampar* versus Occidentem. Hîc quoq; Gubernator Regis nomine cum insigni quantitate Comitum & Baronum residere solet.

S. Reparata olim vocata est Oribantium.

S. Reparata.

Algherum. Híc piscantur ingentem copiam corallorum.

Algherũ.

Sassarum. Ciuitas est magni momenti.

Sassarũ.

Oristan dicta Arbarea: In hac ciuitate ante non multos annos degebant iudices, qui iustitiam administrabãt, secundum leges illarum lingua scriptas.

Oristan.

Lodurum. Hic residet Gubernator, qui necessariò huius regionis esse debet, atque in absentia Viceregis: Dominium habet in magnam partem huius regni.

Lodurum

CORSICA.

Caluum. Oppugnatum fuit, sed frustrà ab exercitu Turcarum & Gallorum.

Caluum.

Bastea. Hic residet consul vnus ex parte Domini Genuensium.

Bastea.

Bonifacius. Ciuitas valdè munita, capta tamen tum à Turcis, tum à Gallis; posteà pace inita inter Henricum II. Regem Christianissimum & Philippum Regem Catholicum, reddita primis eius & legitimis Dominis.

Bonifacius.

Mariana à Mario dicta, qui huc duxit Coloniam.

Mariana.

SICILIÆ INSVLÆ REGNVM.

Leontium situm ad lacum piscibus abundantem; Hîc floruit Gorgias Rhetoricæ inuentor.

Leontiũ.

Carolentinũ ciuitas, extructa à Ioãne à Vega Viceregc.

Carolentinum.

Augusta anteà Megara, portum optimum habet.

Augusta.

Siracusa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Siracusa. *Siracusa* antiquitus valdè fuit ampla, comprehendens Thicam & Acradinam insulas quasi coniunctas. Ex hac ciuitate aliquando prodiërunt duodecim equitum millia ex ciuibus tantùm collecta. Tam fuit diues, vt contra inimicos produxerit quadringẽtas naues in prælium. Huic ciuitati inscribitur inuentio comœdiarum. Hinc etiam oriundus fuit Archimedes Princeps Mathematicorum.

Terranoua. *Terranoua* anteà dicta Heraclea: Hinc distrahitur magna salis copia in varias regiones.

Castrogianum. *Castrogianum* maxima ciuitatum mediterranearum, antiquitus dicta Ennea. Hîc olim fuit templum Cereris valdè insigne. Hic Pluto fabulatur rapuisse Proserpinam.

Leocata. *Leocata.* Hîc colitur magna deuotione B. Angelus.

Grigentũ. *Grigentum.* Hîc Tyrannidem suam exercuit Phalaris, qui voluptatis ergò homines in taurum æneum coniecit igne accensum, atq; sic eos interfecit. Galla sumptuosissimum hic extruxit ædificium inexternorum & peregrinorum hospitationem. Sal huius loci mirabilis est naturæ; in aqua nanq; induratur, in igne dissoluitur.

Sacca. *Sacca.* Balnea habet optima, aquasq; alias saluberrimas.

Marsala. *Marsala* promontorium habet, quod antiqui vocarunt Lelibæum. Huc appellantes Mauri, qui in destructionem insulæ venerant, tantam in hac ciuitate exercuerunt tyrannidem, quantam nulli vnquam alii, cùm omnes etiam tenerrimos infantes in partes secarent, & in ahenis coquerent.

Trapanũ. *Trapanum* vel *Drepanum.* Ciuitas fortissima, cum

optimo

optimo portu. Hîc maxima corallorum est piscatio, sic maxima salis copia. Effoditur etiam certum genus terræ, quod Veneti emunt ad vitra conficienda. Huc venit Æneas, atq; ibidem sepultus Anchises.

Palermum. Colonia antiquissima Phœnicum, vti ostendunt epitaphia aliqua literis Chaldaicis conscripta, existimatur extructa tempore Abrahami. Maxima ciuitas & metropolis huius regni. Hodiè quatuor præcipuis partibus constans, quarum vna Harumna est, quam Chaldæi & Phœnices condiderunt, & quam Vrbem veterem prisci nominabant. Ea adhuc ambitiosa mœnium structura, quibus latè atque peraltè circumductis cingitur, in cæterarum partium meditullio integra propè cernetur, quorum fiducia Gothi in hunc locum, velut inexpugnabilem arcem se recipientes, nunquam vi ab hostibus capti, sed sola deditione subacti sunt. In hac veteri vrbe ædes complures sunt publicæ & priuatæ, sacræ & prophanæ, superbia & pulchritudine cæteris Italiæ ædificiis nihilo inferiores. Nam ad vrbis verticem, Occidentem versus, arx est præclara, quam Palatium Regale appellant, magnificè ex quadratis lapidibus compacta, & in multis suis partibus parco marmore, ac auro gẽmisque splendidè ornata, insignes vermiculato opere aulas, aulæis ostro tinctis contectas, pauimenta marmoreis porphyreticisq; testulis constrata, exhibens, multorũ hucusq; Regum & Imperatorũ domicilium, in cuius vestibulo ad latus dextrum templũ est D. Petro sacrum, à Rogerito Siciliæ Rege fundatum. Quod sua pulchritudine & rerũ pretiosissimarum apparatu, cæteris, quæ in Italia nunc vsque extant, seu veteri

Palermũ.

bus, seu nouis, meritò præferri constat, quo nomine abomnibus, qui Panormum aut inhabitant, aut inuisunt, viris, non imperitis modò, sed ingenio etiam doctrinæq; præstantibus, summa cum admiratione ac iucunditate frequentatur. Est & in hac vrbis regione peranguſta Slafanorum domus. Hospitale nouum, quod & structuræ magnitudine & loci pulchritudine cæteris quibusuis Xenodochiis nihil inuidet. Maior etiam totius vrbis Ecclesia reticulata est structura, quadrato ac diuersis in exteriori facie imaginibus figurisq; inciso ac perpolito lapide à Gualtherio huius nominis II. Panormitano Archiepiscopo, anno salutis M. C. LXXXV. fundata, vbi Regum Reginarumque Siciliæ ac Ducum quoque cadauera sunt recondita. Longum insuper foret, reliqua primæ regionis ornamenta & præclara ædificia commemorare. Altera Panormi pars est, quam longo post veterem vrbem tempore conditam Neapolim, id est, nouam vrbem appellatam, Polybii auctoritas demonstrat. Hæc ea est, quę vrbe veteri ad meridiem hæret, & à palatio incipiens, in formam deinceps Hemicycli producta claudebatur; Regiones in ea Normanorum ætate fuerunt, Kemonia, Albergaria, Desin & Yhalcia, quæ à Saracenis sunt appellationes deductæ. In hisce regionibus miræ cœnobiorum & Ecclesiarum multitudo. Tertia Panormi pars ea est, quæ veteri vrbi ad Septentrionem interfluente amne hodiè hæret, Seraliadis Normannorum Regum ætate & hodiè appellata. Transpapyretum ciuitas Rogerio regnante in priuilegiis & publicis tabulis etiam dicta. Hæc à Palatii confinio & à fluuiolo Papyreto initium habens, mœ-

nibus

nibus curuato cursu cincta, veteri vrbi ad turrim Pharath, iungebatur, vt ex murorum fundamentis, in quæ fossores passim incidunt, liquet. Forum eius venale à Bandera nomen habet. Eius ædes sacræ sunt templum, S. Crucis Parochiale, & alterum D. Hippoliti. Est & D. Augustini cum Eremitarum fratrum cœnobio non ignobile fanum. Hanc vrbis partem Papyretus amnis hodiè statim interfluit, qui plures habens triticas molas ad Panormitanum portum se exonerat. Quarta & vltima Panormi pars est, id totum spatium, quod inter veterem vrbem duasq; vrbis prædictæ partes & portus littora interiacet, complectitur, ingens sanè & pluribus regionibus sacrisque ac profanis ædibus præclaris ornatissima. Nam cum olim stagnante fluuio ac stagno quoque eam perfundẽte, tota esset paludosa, habitationi erat inepta, processu verò æui palude resiccata, suburbiis locum dedit. Hæret huic arx vetus, quam Castellum ad mare ideò vocant, quod tres eius partes mari impetuntur, & ad tuendum portus ostium à priscis condita, sed à Saracenis templo Mahumetanæ superstitionis excitato ornata, & à Roberto, Guiscardo, ac Rogerio fratre, illis superatis, postmodum instaurata, vt in annalibus Siculorum & vita Rogerii legimus, quam extremo Carolus V. Cæsar propugnaculis ingentibus muniuit. Ita Panormus quatuor præcipuis partibus complexa, habet in circuitu pass. M. ferè quatuor. Anno nanque salutis M.CCCCC. XCIII. filo extra mœnia ducto ambitus eius demensus est, mœnia vetustate collapsa, à diuersis Siciliæ Regibus restaurata, sed & recẽti ætate Senatus ipse Panormitanus muris ac frequentibus propugnaculis ad

recentiorem disciplinæ militaris munitionumq; formam innouatis, munitissimam hanc patriam reddidit.

Mõreale. *Monreale.* Hîc splendidissimum totius Europæ visitur templum extructum à Rege Bono Guilielmo.

Termine. *Termine* antiquitus dicta fuit Himera; Hîc habitationem suam fixit Stesichorus Poëta.

Pollizzi. *Pollizzi* à celebri illo templo Pollucis nomen sumit.

Meßina. *Meßina.* Emporium insigne, variis priuilegiis dotatum.

Catania. *Catania.* Hîc Schola est insignis. Hîc olim celebris fuit Anapia, volens patrem & matrem è mediis flammis eripere. Hodiè mirabile est velum S. Agathæ, quod flammas ex Æthna monte ciuitatem versus ruentes reprimit, quandocunq; extra muros fuerit ostensum.

SLAVONIA.

Zara. *Zara* anteà Iadera dicta, caput sui comitatus, hodiè valdè munita à Venetis.

Mortara. *Mortara.* Hîc colligitur vini & olei magna copia.

Sabenico. *Sabenico.* Ciuitas insignis.

DALMATIA.

Salanum. *Salanum.* Hîc supersunt aliquæ reliquiæ Diocletiani, qui hoc loco, vti patriâ suâ, afficiebatur.

Raguzia. *Raguzia.* Ciuitas valdè nobilis, tributum soluit Turcæ, & Regem catholicum in signum amicitiæ recognoscit leui dono. De cætero gubernatur à seipsa, sub propriis legibus, sub protectione S. Blasii. Emporium est valdè celebre: cum per totum mediterraneum, magis quàm multitudine nauium; nam etiamsi ciuitas non sit adeò magna, habet tamen facilè centũ & plures magnas naues.

Castel nouo ad ostium sinus Rizonici ab antiquis vocati. *Castel nouo.*

Catarum optimum habet portum, subiectum est S. Marco. *Catarũ.*

CARINTHIA & STIRIA.

Petouia Hîc Legiones Romanæ fixerunt sedem. *Petouia.*

Agras metropolis est: Hic aqua in ciuitatẽ deducitur eo ferè modo, quo in Toletum. Hic Princeps in inuestitura non tantâ vtitur pompâ, quantâ in aliis locis. *Agras.*

CROATIA & CORBAVIA.

Goritia caput suæ ditionis est. *Goritia.*

Gradisca. ad ripam fluuii Saui. *Gradisca.*

TRANSYLVANIA siue DACIA & WALACHIA.

Torda. Hic pœna capitis damnantur adulteri. *Torda.*

Sibinium. Ciuitas præcipua: Hic residet eius princeps, quem vocant *Voikada.* *Sibinium.*

BOSNA.

Cozzach ciuitas insignis est Bosnæ. *Cozzach*

Laiza. Hic multa videntur sepulchra antiquorum Bosnæ Principum cum pulchris epitaphis, quæ vitam illorum explicant literis Seruianis. *Laiza.*

SERVIA.

Samandria Hæc est sedes Sangiaci proprii. Hic in *Samãdria*

vna ciuitatis portarum dens gigantis cuiusdam asserua-
tur.

Prisdena. *Prisdena* ad lacum Ezziram. Patria Iustiniani Im-
peratoris.

Stonibri-gadum. *Stonibrigadum*. Sedes Despotæ proprii, antequamà Turcis caperetur. Hîc sæpè residet Metropolita quidam, quem ipsi Patriarcham vocant: Nam gens hæc recessit ab obedientia Patriarchæ Græcorum.

Belgradũ. *Belgradum* anteà Taurunum dictum ad ripam Danubii, Hungarorum & totius Christianitatis, antequamà Turcarum Imperatore Solimanno esset expugnatum, refugium. Hîc sedet hodiè proprius Sangiacus.

BVLGARIA
siue
MESIA INFERIOR.

Serraium *Serraium*. Ciuitas Bulgariæ insignis est.

Sophia. *Sophia*. Metropolis antiqui populi Treballi. Hic locus quasi centrum est earum regionum, quas Turca occupat in Europa. Ideò hîc residet Belerbei Græciæ, cui parẽt Sangiaci plures viginti. Totus præterea ei paret equitatus quem Turca possidet in Europa.

Nicopolis. *Nicopolis* à Sangiacis regitur. Propè hanc ciuitatem vestigia supersunt pontis admirabilis maximeq; stupendi, quem construxit supra Danubium Traianus Imperator, dum pugnaret contra Getas, hodiè Walachos dictos. Habet autem pons iste viginti longos arcus cum totidem columnis ex vno lapide splendidissimo. Nullus vnquam huic similis pons in hoc nostro hemisphærio extare putatur.

RASCIA
siue
DARDANIA.

Bodon.

Bodon ad ripam Danubii, celebris ob præsidiũ, quod ibi habet Turcarum Imperator, atque ob nundinas, quæ quotannis ibi celebrantur, vbi armenta tum temporis videre est tanto numero, vt admirationem excitare valeant, quibus prouidetur Constantinopoli & Adrianpoli.

ALBANIA.

Alexium.

Alexium. Hîc sepultus fuit Scanderbeccus, qui apud Albanos primus meruit nomen Regis, ob victorias plurimas à Turca reportatas.

Durazzũ

Durazzum. Ciuitas hæc celebris est ob famem, quam hîc passus Cæsar, dum contra Pompeium pugnaret.

Velona.

Velona. Hîc residet Sangiacus.

Scutari.

Scutari. Ciuitas valdè fortis, tradita Ottomannis ex pacto cum Venetis inito. Hîc residet Sangiacus.

Croia.

Croia. Ciuitas inexpugnabilis; dicta primùm Eribea.

GRÆCIÆ EPYRVS.

Butrintũ

Butrintum. Colonia Romanorum, sita in paruo sinu antiquis dicto Butrotico.

Sibota.

Sibota ad fluuium Acheronta sita est.

Preuesa.

Preuesa antiquis dicta Ambracia, & posteà Nicopolis.

Larta.

Larta. Hîc tempore Græcorum dominium habet Despota quidam, quod Principem apud eos denotat.

S. Maura.

S. Maura insula eiusdem nominis sita, culta potissimum est à Iudæis, qui ex Hispania pulsi propter vsuras Turcas euexerunt, docendo eos artes, exercitiaque nostra præscribendoq; modum viuendi politicè.

Zante. *Zante*, antiquis Zacinthus, in insula eiusdem nominis sita, est maximus illius tractus.

LIVADIA GRÆCIÆ
siue
DORIS.

Lepantũ. *Lepantum*, antiquis Neupactum, ciuitas est mediocris quantitatis. Hîc residet Sangiaccus.

Anticira. *Anticira*, hodiè vocatur Snola.

Delphi. *Delphi*, ciuitas hæc antiquitus fuit celebris, ob templum illud celeberrimum Apollinis; Non longè hinc distat fons Castalius, vicinus monti Parnasso, vbi habitasse scribuntur à Poëtis nouem Musæ.

Liciæ castrum Australe. *Liciæ castrum Austrinum*, fortissimum & inexpugnabile est.

MOREA
siue
PELEPONESVS GRÆCIÆ.

Liciæ castrum Septentrion. *Liciæ castrum Septentrionale*: cum præcedenti, quod Austrinũ dicitur, tutissimum propugnaculũ Chersonesi.

Corato. *Corato*, antiquis *Corinthus*, extructa à Sisipho latrone. Olim fuit clauis Græciæ. Situm habet insignem, inter mare Ionium & Archipelagum. Diues valdè est ob confluxum mercatorum ex omnibus locis. Hîc templum olim valdè fuit celebre dedicatum Veneri, cui erant consecrata multa scorta, inter quæ celeberrima fuit Lais, quæ cùm talenta exigere esset solita, occasionem præbuit prouerbio: *Non omnibus datum est adire Corinthum.*

Clarẽtia. *Clarentia*, antiquis *Sicion*, prima quæ apud antiquos sese Rempubl. fecit: cumque leges non mutaret, diutiùs

per-

permanſit in libertate, quam vlla alia Reſpubl. totius vniuerſi.

Olympia; Hîc Hercules victo Rege Angæa, inſtituit Ioui patri ſuo feſta quinquennalia; quod annorum ſpatium Græci vocârunt Olympiadem. *Olympia.*

Modò, ciuitas huius tractus ferè maxima. *Modò*

Nauarinum, antiquis *Pilæum*, ob Neſtorem celebris. *Nauarinũ*

Meſſenichia ſiue Meſſena, metropolis ſuæ regionis. *Meſſẽichia*

Maluaſia, antiquitus Aruaſia, celebris ob vinum, quod ibi creſcit, optimum. *Maluaſia.*

Meſitra, antiquis *Sparta*, celebris ob leges Lycurgi, & ob varia bella Spartarum contra Thebanos, Perſas & Athenienſes. *Meſitra.*

Perita, anteà *Pephnum*, hic dicũtur formicę eſſe albæ. *Perita.*

Neapolis Romaniæ, ciuitas munita, hîc Turca cuſtodiæ gratia aliquot habet triremes. *Neapolis Romaniæ.*

DVCATVS ATHENIENSIS.

Athenæ olim ciuitas celeberrima Græciæ, hodiè dicitur Stetine, extructa eſt à Cecrope I. Athenienſium Rege, atque à Pallade vel Minerua denominata. Hîc olim inſignis erat Vniuerſitas, in qua excellentiſſimi docuerunt Philoſophi, & variarum rerum periti viti, quorum multorum monumenta hodiè adhuc teruntur manibus. Huc Romani ſuos miſerunt filios ſtudiorum gratiâ, vt refert Laërtius, vnde & Cicero ad filium ſcribit, lib. 1 Officior. *Athenæ.*

Quanquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum (idque Athenis) abundare oportet præceptis inſtitutiſq; Philoſophiæ, propter ſummam & Doctoris authoritatem & vrbis: quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis, &c. Solon

præcipuus huius ciuitatis fuit legislator. Hodiè sanè ciuitas hæc tam nomine suo, quàm statu præsenti, manifestè ostendit rerum mundanarum instabilitatem, cùm non modò nomen mutârit, sed & omni gloria sua sit spoliata. Ciuitas enim est exigua, pago similis, omni barbarie referta. Antequam à Turcis possideretur, Ducem habuit proprium.

Maratona. *Maratona*; Hîc mortuus Icarus Rex, & Theseus taurum superauit.

BOETIA.

Stibes. *Stibes*, antiquis dicta Thebæ; Hæc ciuitas à Phœnicibus originem trahit. Hinc oriũdus Hercules, Epaminonda, Pindarus. Hîc Meneceus pro patria propriam vitam exposuit.

Cheronia *Cheronia*, patria Plutarchi.

TVMENESTIA.

Armiro. *Armiro*, antiquis Demetriades, altera Græciæ clauis: Hîc olim extructa fuit nauis Argi. Hodiè est insigne emporium.

Farsa. *Farsa*; hîc victus fuit Pompeius à Cæsare; similiter Brutus & Cassius ab Augusto.

Tricola. *Tricola*: Huic præest hodiè Sangiacus.

Voidamar *Voidamar*: Hîc quoque residet Sangiacus quidam.

MACEDONIA.

Salonicchi. *Salonicchi*, antiquis Thessalonica, propter victoriam, quam consecutus fuit Philippus Amyntæ filius contra Thessaliæ populos; Anteà nanque dicta fuit Halia, à Theodosio magnam passa est ruinam: hodie ita restaurata visitur, vt vna sit ex optimis Græciæ ciuitatibus, mercibus

variis

variis abundans, habitata à Iudæis, qui ex Hiſpania fuêre eiecti. Hæc ciuitas valdè peſti ſubiecta eſt.

Nicalidi, antiquis Stagyra; patria Ariſtotelis Philoſophorum Principis. *Nicalidi.*

Cauala in ſinu Strimonico: Hîc q̃dã Sangiac' reſidet. *Cauala.*

Sidrocaſſa; hîc cuduntur Aſpri, moneta Turcica: nec in vlla alia Græciæ ciuitate, excepta Conſtantinopoli, cuditur moneta. *Sidrocaſſa.*

THRACIA ſiue ROMANIA.

Abdera, patria Democriti. *Abdera.*

Caridia, quaſi Cardia, id eſt, cor, quod coruus hîc reliquit, poſtq̃ id furto abſtuliſſet Harmocari ſacrificanti. *Caridia.*

Dardanelli, hîc pontem conſtruxit Xerxes tranſiens per Græciam. Mortuus hîc eſt Herus & Leander. *Dardanelli.*

Calipolis, prima ciuitas à Turcis in Europam venientibus capta. Hodiè regitur à Sangiaco. *Calipolis.*

Adrianopolis, ad fluuium Marizzam. Hæc eſt vna ex celeberrimis ciuitatibus, quas Turca poſſidet in Europa. Capta eſt ab Ammate I. Turcarum Principe, antequam capta eſſet Conſtantinopolis: ideoq; hîc tum temporis ſedem fixit Turca. Hîc Imp. Turcarum clauſtrum habet variis puellis vndiq; collectis refertum, quæ reguntur ab Eunuchis, qui etiam docent eas pulſare inſtrumenta Muſica, ſarcire, aliaq; nobilia exercitia; ex quib. plurimę temporis progreſſu fiunt vxores Sultanorum, Belerborum, &c. prout mores & venuſtas patiuntur. *Adrianopolis.*

Philippopolis, ciuitas valdè à Iudæis culta, ideoq; variis mercibus referta, ita, vt in Iudæorum manibus omnia fetè vectigalia reditusq; Imperatoris conſiſtant. *Philippopolis.*

Constantinopolis.

Constantinopolis antiquis dicta *Bisantium*, à Bise Megarensi primùm extrui cœpta: dicta quoque *noua Roma*, à Turcis *Stambolo*, quasi ciuitas magna, à Slauis *Czaraidon*, quasi ciuitas Cæsaris. Situm habet totius mundi pulcherrimum. Nulla in ea rerum quarumcunq; ad victum pertinentium penuria, licet hodiè sit totius Europæ populosissima. Olim libera fuit, donec ope Alcibiadis facta est tributaria Athenienſibus. Posteà à Seuero ruinam ingentem passa est: posteà facta est caput mundi à Cõstantino, aucta verò à Iustiniano; Hinc impetum sustinuit Saracenorum, Hungarorum, Bulgarensiumq;, deinde Francis cessit ope Balduini. Hinc iterum ad Græcos venit, à

Constantinopolis.

qui-

quibus eam accepit Mahomet II. anno M.CCCC. LIII. die XXIX. Maii, sub Constantino Patælogo. Atque etiam hic sedem figit Imperator Turcicus. De hac ciuitate à Turcis capta ita quidam scribunt: Constantinopolis est à Constantino I. Imperatore Christiano extructa. Huius mater fuit Helena. Primus Episcopus vel Patriarcha fuit Gregorius. Amissa est eadem ciuitas sub Constantino vltimo Imperatore, cuius mater fuit Helena, existente Patriarcha eiusdem ciuitatis Gregorio.

Pera.

Pera, Latinis dictum *Cornu Bisantii*, à Turcis *Gnalata*, è regione Constantinopolis sita, à qua distat circiter mille passibus, habitata partim à Græcis, partim à Francis, quo nomine intelligunt omnes occidentales, siue sint Itali, Galli, aut Hispani, idq; nomen impositum fuit tempore Godefridi Bulionæi, qui dum terram sanctam versus contenderent, exercitum suum potissimùm ex Francis collectum habuit.

VALACHIA SVPERIOR.

Tergouista.

Tergouista, hîc residet Vaiuoda Valachiæ Turcæ tributarius.

Brahila.

Brahila, hodiè præsidium habet Turcicum.

Trescortiũ

Trescortum; propè hanc ciuitatem bituminis quoddam genus eruitur, ex quo Valachi optimas candelas nigras ardentes, odoremq; cereis similem emittentes, conficiunt.

VALACHIA INFERIOR
siue
MOLDAVIA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Occazonia. *Occazonia*, primùm ſub Polonis fuit, hodiè Turcæ ſubiecta eſt.

Succhiauia. *Succhiauia*: Hîc reſidet alius Vaiuoda, etiam Turcæ tributarius.

CITERA INSVLA, vulgò CERICO.

Cerigo. *Cerigo*, metropolis inſulæ, ſita eſt in monte altiſſimo.

CANDIA, ſiue CRETA INSVLA.

Candia. *Candia*, metropolis inſulæ, colonia eſt Venetorum, inſignis magnitudinis ciuitas, variis priuilegiis dotata: hinc vini Maluatici magna in varias orbis partes diſtrahitur copia.

Canea. *Canea*, ciuitas valdè munita eſt.

Gortyna. *Gortyna*, olim *Gnoſos*. hîc multæ ſuperſunt columnæ, aliaq; antiqua monumenta. Dicuntur quoque ſupereſſe reliquiæ antiquæ Labyrinthi, quem Dædalus Regi Minoi conſtruxit. Patria dicitur Strabonis Geographi.

RHODVS INSVLA.

Rhodus. *Rhodus*, ciuitas, metropolis Inſulæ, cœlum habet clementiſſimum, ita, vt ſingulis diebus ſolem conſpicere dicatur. Hîc ordo equitum S. Ioannis regnauit, donec à Solimanno Turcarum Imperatore expulſi ſunt equites.

LANGVS ſiue COOS.

Ararãgia. *Ararangia* metropolis eſt inſulæ Coi: Hic dicitur ſæpè videri phantaſma quoddam habitu virginis, licet

alii referant forma serpentis, quod nouam aliquam mutationem significare solet in insula Coo. Vulgus imaginatur esse filiam Hippocratis Medicorum Principis, qui ex hac insula fuit oriundus.

NIGRIPONS INSVLA.

Nigripons, metropolis Insulæ, olim Calcis dicta, adeò vicina Boœtiæ, vt ab vna parte ad aliam transitus sit per pontem, quem constructit Mahomet II. contra Venetos pugnans; nec admiratione caret huius pontis robur, tanquam si in aqua quieta constructus fuisset, cum tamen mare sub ponte septies in die fluat & refluat velocissimè. *Nigripõs.*

SCANDIA
siue
SCHANIA PENINSVLA.

Londen, ciuitas antiqua, Metropolis & Archiepiscopalis. Hîc plurimi linguarum cognitioni incumbunt. *Londen.*

Almistach, sita est in Halandia. *Almistach*

Vasporg, ciuitas principalis regionis Belechi. *Vasporg.*

Treborgum, ciuitas valdè celebris. *Treborgũ*

Elcinur, ciuitas mediocris quantitatis in regione Vescinde sita, munita duabus arcibus inexpugnabilibus, celebris est ob telonia Regis Daniæ. *Elcinur.*

NORVEGIA.

Asloia; ab hac ciuitate denominatus situs quidã maris Baltici, valdè est culta ab exteris. Hîc residet audientia Noruuegiorum. *Asloia.*

Hammaria, ciuitas est Episcopalis. *Hãmaria.*

Esterdal, ciuitas, sita est inter duos magnos lacus. *Esterdal.*

Bergin, valdè diues ob salpas, vulgò Stockfisch / alioque *Bergin.*

que pisces, quos eò quotannis vehunt Norlandi, ideoque varii mercatores aliundè eò confluunt.

Nidrosia. *Nidrosia*, Germanis dicta Druendon / quasi hospitium Druxdum, antiquorum eorum sacerdotũ: Fuit olim atque etiamnum est metropolis Noruuegiæ, olim multò potentior, quàm hoc tempore. Hîc videre est vnum ex celeberrimis templis totius Septentrionis, à S. Olao nomen sumens.

Vardaho. *Vardaho*, vltimum propugnaculum, quod Noruuegi habent in hac parte Norlandiæ.

GOTHIA INSVLA.

Calmer. *Calmer*, castellum habet munitum valdè, portum quoque totius Smalandiæ securissimum.

Vessum. *Vessum*, vicinum lacui ingenti aquæ calidæ. Huc missus fuit S. Sigfridus à Rege Meldedro, ad baptizandos incolas; huius Sancti reliquiæ adhuc hodiè asseruantur.

Sudercop. *Sudercop*, hîc celebrantur nundinæ totius Gothiæ maximæ.

Norcop. *Norcop*, circa hanc ciuitatem videre saxa est picta variis rebus naturalibus.

Telge. *Telge*, hîc saxa maxima reperiuntur pyramidibus Ægyptiis similia, sepulchra gigantum, in quibus videre est Epitaphia literis Gothicis antiquis scripta, quæ hodiè à pauciss imis intelliguntur.

Vasten. *Vasten*, hîc templum est S Brigidæ, cui seruiunt adhuc aliquot moniales catholicæ, & religiosæ.

Lincop. *Lincop*, prælatum habet, cuius iurisdictio valdè latè extenditur.

Schening. *Schening*, plateas habet pulcherrimas & rectas, tan-

quam

quam altera Epheſus. Hîc ſtatua conſpicitur Turonis, maximè terribilis in adulteros.

Scara, metropolis Weſtrogothiæ, ciuitas Epiſcopalis & munitiſſima, ſita in lacu ingenti, ad quam ingreſſus fit per diuerſos pontes. *Scara.*

Lodeſe, ad mare ſita ciuitas, portum totius VVeſtrogothiæ habet optimum. *Lodeſe.*

VVisbi, metropolis eſt Gothlandiæ, antiquitus valdè celebris, variis mercibus: hîc etiam leges ſuas capiebant nautæ. Hoc tẽpore reſidet hîc Gubernator Regis Daniæ. *VVisbi.*

SVETIÆ REGNVM.

Stockolm, ſita eſt ad oſtium maris Suetici, in mari ad modum Venetiarum, extructa eſt à Birgero, vt ſinum illum à piratis defenderet: mediocris eſt quãtitatis, emporium inſigne, Regia Suetiæ. *Stockolm*

Gricolm, milliari diſtat aut circiter à Stockolmio. Hîc reſident varii mercatores externi, cum hîc omne ferè reperiatur opificium. *Gricolm.*

Sittuna, hæc vna eſt ex antiquiſſimis Suetiæ ciuitatibus. *Sittuna.*

Strengis, ad lacum Meler: Hîc in ſaxis plurima reperiuntur Epitaphia, quæ vitam authorum continent. *Strengis.*

Enecop, fortiſſimum caſtellum eſt. *Enecop.*

Vpſal, nomen deſumpſit, quod ſupra Salam ſita ſit, exactè in centro Suetiæ: ideoq; longo tempore Metropolis fuit Suetiæ. Hîc templum fuit Deæ Frigæ, vbi reſidebat illorum ſummus Sacerdos ſacrificans Diis ſecundum ritum Græcorum, etiam cum ſanguine humano non rarò. Multa hic videre eſt Regum Suetiæ ſepulchra magnificè *Vpſal.*

& magno sumptu constructa. Horologium hîc est tanto artificio constructum, vt omnibus admirationem excitet. Templum est totius Suetiæ hîc celeberrimũ. Vniuersitas quoq; omnium scientiarum & artium liberalium.

Oregund. *Oregund*, hinc naues variæ mare Bothnicum ingrediuntur.

Arboi. *Arboi*, hîc dicuntur arma siue instrumenta bellica totius Europæ confici optima, conductis eam in rem vndiq; excellentissimis artificibus.

Arosia. *Arosia*, prælatum habet, quem Gothi suâ linguâ vocant *Vestros*, abundat mineris argenti adeò excellentis, vt dicantur artifices ex quindecim libris argenti vnam extrahere auri. Huc aliquæ triremes nauigârunt, quas Rex Gustarus primùm fecit mare sulcare.

FINLANDIÆ DVCATVS.

Rauna. *Rauna*, portum habet optimum, naues insignes, mercatoria est.

Abum. *Abum*, metropolis est Finlandiæ, prælatus eiũs iurisdictionem habet in totum hunc Ducatum.

Hange. *Hange*, portus est securissimus, & maximè celebris totius huius tractus.

Borga. *Borga*; hîc residet Gubernator ex parte Regis Suetiæ.

Viburgũ. *Viburgum*, propugnaculum contra Moscouitas.

Cõstrolm *Constrolm*, arx est valdè munita.

POLONIÆ REGNVM.

Cracouia *Cracouia*, vrbs celeberrima, minoris Poloniæ metropolis in planicie ad Vistulam fluuiũ sita, muro duplici vallóque inexcusso, & fossâ muro præcincta cingitur. Arx verò in scopulo eminenti Vauel dicto, ad eundem fluuium sita:

ciui-

ciuitas ſede Regũ Poloniæ, vbi coronantur & ſepeliuntũr, celebris, Gymnaſioq; clara. Carent aũt Cracouienſes aduocato ſupremo. Sed Rex ipſe Prætura Cracouienſi potitur. Caſtellanus quoque Cracouienſis Palatinum in Senatus conſeſſu, accubitu locoq; ſuperat: cum in cæteris illius regni Prouinciis Palatinus Caſtellarũ dignitate antecellat.

Biecz, ciuitas muro circundata, in planicie ſita, eam Ropa fluuius præterfluit, in quo ſpumæ, ex quibus ſal conficitur, colliguntur. Diſtat à Cracouia quindecim milliaribus Germanicis. *Biecz.*

VVoynicz, ciuitas lignea ad Dunaiecz fluuium ſita, Cracouiâ nouem milliaribus abeſt. *VVoynicz*

Sandecz, ciuitas muratain planicie ſita, quam Dunaiecz fluuius præterlabitur, Cracouiâ 11. milliaribus abeſt. *Sandecz.*

Lelouia, ciuitas murata, in colle ſita, arcem inferiùs conſtructam habet, quam Bialla fluuius alluit. Cracouiâ 11. milliaribus abeſt. *Lelouia.*

Kzyaz, ciuitas lignea, Cracouiâ 7. milliaribus diſtat. *Kzyaz.*

Proſzeuice, ciuitas lignea, in planicie ad Suzeniaua fluuium ſita, Cracouiâ 4. milliaribus diſtat. Hîc curia Regia, in hac quoq; conuentus terreſtres nobilium celebrari ſolent. *Proſzeuice.*

Oſuuiecim, ciuitas, metropolis ſui Ducatus in terra Cracouienſi lignea, in planicie ſita, arcem quoq; ligneam argilla circumlitam habet, quam fluuius quidam præterlabitur, ſeptem milliaribus Cracouia diſtat. *Oſuuiecim*

Zator, ciuitas, metropolis ſui Ducatus in terra Cracouienſi, 5. milliaribus Cracouiâ diſtat, arcem habet. *Zator.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sandomiria. *Sandomiria*, ciuitas principalis districtus Sandomirensis, muro circundata, in colle ad Vistulam sita. Cracouiâ 22. milliarib. abest. Arx eius est murata, quæ Vistulam ad meridiem habet.

Checiny. *Checiny*, ciuitas in loco plano sita, arx verò murata in eminenti scopulo sita. Cracouiâ 13. milliaribus abest. Fodinis Lazuli clara, vbi & argentum reperitur.

KorcZin. *Korczin*, ciuitas noua lignea, arcem muratam ad Vislok fluuium sitã habet, quam vndiq; paludes circundederunt.

VVislica. *VVislica*, ciuitas lignea, quam Nida fluuius circumluit, muro circundata, inter lutosas paludes in scopulo sita, in quibus ingens colluuies reptilium omnigenorum grassatur.

Pilzno. *Pilzno*, ciuitas lignea ad Vislok sita.

OpocZno. *Opoczno*, ciuitas murata, in planitie, quam Pilcza fluuius præterlabitur.

Rodamia. *Rodamia*, ciuitas muro valloq; circumsepta in planicie sita.

Poloniec. *Poloniec*, ciuitas lignea, inter colles constructa.

Zauichost *Zauichost*, ciuitas lignea, ad Vistulam fluuium sita, arcem muratam in vlteriori Vistulæ ripa habet.

Lublin. *Lublin*, ciuitas principalis terræ Lublinensis, murata est, fossâ, stagnisq; ingentibus circundata. Arx in colle eminentiori ad stagnum amplum sita, muro validissimo fossaq; profunda cingitur. Nũdinæ in hac ciuitate singulis annis triplices sunt, quatuor hebdomadis durantes, ad eas conueniunt Turcæ, Armeni, Græci, Germani, Moschouitæ, Lithuani, &c. Iudæi maximam suburbiorum

par-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

partem occupant, ibique synagogam habent præcipuam. Arcem fluuius Bystrzica alluit. Distat Sandomiriâ 14. milliaribus, Cracouiâ 36. Wilnâ 70. Warsomâ 24.

Vrzedouu. *Vrzedouu*, ciuitas lignea, ampla, ad stagnum sita. Distat Lublinâ 7. milliaribus.

Lucouu. *Lucouu*, ciuitas lignea in planitie sita, ex vna parte palude lutosa, ex alia vallo munitur, Lublinâ abest 14. milliaribus.

Casimiria. *Casimiria*, ciuitas lignea, inter scopulos ad Vistulam sita: hæc tempore exundationis Vistulæ, media fere aquis obruitur. Lublinâ 7. abest milliaribus.

Parcouu. *Parconu*, ciuitas lignea, in planitie ad stagnum sita.

Posnania. *Posnania*, ciuitas insignis, maioris Poloniæ metropolis, ad Vartham fluuium nauigabilem, & Prosna amnẽ, inter colles condita, muro duplici fossaq; profunda cingitur, ædes in ea pulcherrimæ, insigniterque ex lapidibus sectis constructæ. Arx murata in eminentiori colle, inter Vartham & Prosnam fluuios sita. In vlteriori ripa Varthæ suburbia sunt amplissima, stagno ingenti paludibusq; circundata, quæ frequenter cum circumiacentibus pagis exundatione Varthæ obruuntur, adeò, vt aliquando summitates ędificiorũ solummodò ex aquis appareant: ipsaque ciuitas in muro aliquando inundatur, vt in foro plateisq; passim nauigetur, grassantur hæ inundationes duobus tribusque aliquando diebus. Nundinas valdè celebres quotannis habet ternas.

Koscien. *Koscien*, ciuitas in planicie inter paludes lutosas sita, duplici muro valloq; & fossa munitur. Posnaniâ 7. milliaribus abest.

Myedzyr Zecze.

Myedzyr Zecze, ciuitas lignea, in planicie inter flumina, paludesq; lutosas (vnde & nomen habet) sita, finitima Silesiæ Pomeraniæq;, arcem muratam natura & opportunitate loci munitissimam, muro valloq; inexcusso & fossis profundis circumsepta, nullo modo expugnari sese nisi fame patitur: Eam Germani aliquot annis graui obsidione aliquando presserunt, attamen re infecta discedere coacti sunt. Abest Posnaniâ 15. milliaribus.

Ostresouu

Ostresouu, ciuitas lignea, finitima Silesiæ, in planicie latissimè sita, quàm syluæ vndique circumdederunt.

VVschouu

VVschouu, ciuitas murata, in planicie sita, Posnania abest 11. milliaribus.

Calis.

Calis, ciuitas muro circundata, inter paludes sita, quam Prosna fluuius præterlabitur. Arcis muratæ ruinæ restant per Crucigeros Prussienses desolatæ.

Gnesna.

Gnesna, ciuitas muro circundata, in planicie inter lacus colleisq; sita, Archiepiscopali sede clara. Hæc prima omnium ciuitas in Polonia, à Lecho authore Polonorum condita, vbi inprimis sedes Regia habebatur. Ibiq; Princeps Poloniæ Boleslaus Chabri ab Othone Romanorum Imp. Regium Diadema accepit, quo hucusq; Reges Poloniæ vtuntur. In hac ciuitate est Ecclesia cathedralis Metropolitana, in qua corpus D. Adalberti Episcopi Pragensis depositum est. Distat autẽ à Calisiâ 14. milliaribus, Posnaniâ verò 7. Hîc nundinæ insignes, præcipuè verò profesto S. Adalberti celebrantur.

Pyzdry.

Pyzdry, ciuitas munita in planicie ad fluuium Vartham inter syluas sita; Calisiâ 9. milliaribus abest.

VVartha.

VVartha, ciuitas ampla, ad fluuium Wartham sita.

Naklo, ciuitas lignea, ad fluuium Noteſiam ex Glopo lacu emergentem: Arx murata inter lutoſas paludes ſita. *Naklo.*

Land, ciuitas ad Wartham fluuium, Geſnâ 4. milliaribus abeſt.

Konin, ciuitas murata, Warthaq; fluuio vnà cum arce in gyrum circumducta, & nõn niſi pontibus ad eam peruenitur; Caliſiâ abeſt 8. milliaribus. *Konin.*

Slupcza, ciuitas muro fortiſſimo propugnaculiſq; munita, ad Wartham fluuium. *Slupcza.*

Kolo, ciuitas lignea circumſepta, VVarthaq; fluuio in gyrum vnà cum arce aliquoties circumluitur. Milliaribus 8. Caliſiâ abeſt. *Kolo.*

Siradia, ciuitas lignea, muro circumducta in planicie ſita. Arx munita ad VVartham fluuium extructa. *Siradia.*

Vielunia, ciuitas muro forti, propugnaculiſque & foſſa profunda circumſepta, eam vnà cum arce Proſna fluuius præterlabitur. *Vielunia.*

Sadek, ciuitas lignea, in planicie ad ſtagnum ſita; Siradiâ 5. milliaribus abeſt. *Sadek.*

Petricouia, ciuitas murata, in loco paluſtri ſita, vbi comitia generalia cõmuni approbatione omnium Regũ Senatorumq; Poloniæ celebrari conſtitutũ eſt. In ſuburbio curia Regia & turris, in qua cauſæ iudiciales celebrantur, ſita eſt, q̃ foſſa profunda ambit. Curię quoq; Epiſcoporũ magnatumq; Poloniæ frequentes ibidem extructæ ſunt. Deinde extra ciuitatem, curia ingenti ſumptu ex lignis leuigatis inſignis, ſub nemore amœniſſimo extructa eſt, quam Rex cum omni comitatu ſuo, tempore comitiorũ propter aëris ſalubritatem incolit, Bugay appellata. *Petricouia.*

Rosprza. *Rosprza*, ciuitas lignea, in planitie paludibus cincta.

Spicimiria. *Spicimiria*, ciuitas lignea est.

Lancicia. *Lancicia*, ciuitas muro tossáque obducta in planitie, vndiq; paludibus lutosis circundata. Arx murata in scopulo, fossaq; profunda obducta, eam Bsura fluuius præterlabitur. Ibidem in villa Koscio dicta Ecclesia cathedralis ex lapidibus sectis constructa est, satisque sumptuosè prouisa.

Orlouia. *Orlouia*, ciuitas lignea ex vna parte fluuio lutoso, & peramplo, ex altera lacunis paludosis munitur: quatuor milliaribus Lancicià abest.

Piateck. *Piateck*, inter lutosas paludes ad Bsuram fluuium sita, cereuisia boni saporis, quæ in ea coquitur, per totam Poloniam celebris habetur.

Bresinia. *Bresinia* ciuitas lignea, ampla, sede Episcopali clara, inter stagna sita ad Vistulam fluuium constructa.

Bidgostia. *Bidgostia*, ciuitas murata in planicie sita, eam Brda fluuius nauigabilis, quo merces ex maiori Polonia in Vistulam fluuium vehuntur, alluit. Vladislauiâ sex milliaribus abest.

Brestia. *Brestia*, ciuitas murata, propugnaculis, vallo, fossaq; munita, in planicie inter lutosas paludes sita.

Radzieioun. *Radzieioun*, ciuitas lignea, in campo aprico ad lacum ingentem sita

Crusphicia. *Crusphicia*. Ciuitas lignea antiqua, prima post Gesnam constructa, arx murata ad ingentem lacum, Goplo dictũ, sita, ex quo lacu mures olim prodiêrunt, quæ Popelũ principem Poloniæ ibidem in arce deuorauerunt. Hîc olim sedes Regia, quæ posteà Cracouiam translata est.

Kouua-

Kouualouu, oppidum ligneum in locis paluſtroſis conſtructum. *Kouualouu.*

Raua, ciuitas lignea, in planicie ſita, arcem muratam in ſcopulo ad Rauam fluuium habet. *Raua.*

Sochaczouia, ciuitas lignea, ſeptis ex vna parte circundata, arx verò in ſcopulo eminenti murata, quam fluuius Bſura præterlabitur. *Sochaczouia.*

Goſtinin, ciuitas lignea in planicie, inter paludes lutoſas. Arx in ſcopulo murata, foſſa & paludibus obducta. *Goſtinin.*

Gambin, ciuitas lignea, ampla, in planicie ſita. *Gambin.*

Ploczko, ciuitas murata ad Viſtulam fluuium conſtructa, ſede Epiſcopali clara, arx murata, in eminenti colle ſita. *Ploczko.*

Bielsko, ciuitas lignea in planicie ſita, à Ploczko 2. milliaribus abeſt. *Bielsko.*

Raczyaz, ciuitas lignea, inter lutoſas paludes, diſtat 8. milliaribus à Ploczko. *Raczyaz.*

Syeprez, ciuitas lignea, in colle eminenti, abeſt quinque milliaribus à Ploczko. *Syeprez.*

Srensko, ciuitas lignea, in planicie ſita. Arx murata, inter ſtagna paludeſq; ingentes, diſtat à Ploczko millia. 10. *Srensko.*

Mlauua, ciuitas lignea, Pruſciæ vicina: quam Mlauua fluuius præterlabitur, abeſt 11. milliarib. à Ploczko. *Mlauua.*

Plonsko, oppidum ligneum, à Ploczko 8. millia abeſt. *Plonsko.*

Radzanouu, ciuitas lignea, ad Vkra fluuium ſita, arx murata, in ſcopulo inter lacunas paluſtroſas, à Ploczko 8. abeſt milliaribus. *Radzanouu.*

Dobrinia, ciuitas lignea, ſeptis circundata, in ſcopulo ad Viſtulam ſita, arx à Crucigeris demolita, *Dobrinia.*

Slonsk. *Slonsk*, ciuitas lignea, in planicie ad Vistulam: Dobrinia 2. milliaribus abest.

Ripin. *Ripin*, oppidum ligneum, in planicie ad Odlekam fluuium conditum, Dobriniâ 5. milliaribus abest.

Gorzno. *Gorzno*, ciuitas lignea, inter syluas in colle, vallo fossaq; aquis repleta, obducta, Dobrinia 6. milliaribus abest.

MASOVIÆ DVCATVS.

Varschoui-a. *Varschouia*, ciuitas insignis, murata, totius Masouiæ Metropolis, duplici muro fossaq; obducta, in planicie ad Vistulam extructa: Arx quoq; murata ciuitati contigua Vistulæ impendet: Pons ibi amplissimus ligneus, ingenti sumptu in Vistula fabricatus.

Czersko. *Czersko*, ciuitas lignea in planicie ad Vistulam fluuium sita, arcem muratam in scopulo eminenti turribus altis conspicuam habet, Varschouia 5. milliaribus abest.

VViße-grod. *VViſſegrod*, ciuitas lignea, in planicie ad Vistulam: arx in colle murata: Vaschouia 12. milliarib. abest.

Zackr o-zim. *Zakroczim*, ciuitas lignea, ad Vistulam fluuium: arx in colle murata, 8. milliar. Vaschouia abest.

Cziecha-nouu. *Cziechanouu*, ciuitas in planicie sita, valloq; circumsepta, arx inter lutosas paludes fossa profunda munitur.

Pultouus-ko. *Pultouusko*, ciuitas murata ad Nareuu fluuium, vnà cum arce sita.

Rosan. *Rosan*, ciuitas in planicie: arx verò in scopulo ad fluuium Nareuu constructa.

Varka. *Varka*, ciuitas ampla lignea, in planicie ad Pilczam fluuium sita, Varschouia 8. milliar. abest.

Blonye. *Blonye*, ciuitas lignea, ampla, distat à Varschouia 4. mil.

Tarcin. *Tarcin*, ciuitas lignea, Varschouia 5. milliar. abest.

Grodzyec, ciuitas lignea, Varſchouiâ milliar. 7. Tarcino verò 2. abeſt. *Grodzyec*

Praſnis, ciuitas ampla, lapideis ædificiis ornata. *Praſnis.*

Lomza, ciuitas ampla ad Nareuu fluuium nauigabilem ſita, in ea ædificia pulcherrima, murata, Varſchouiâ 20. milliar. abeſt. *Lomza.*

Liuuo, ciuitas lignea; arx murata ad Liuuycbz fluuiũ ſita. *Liuuo.*

VVegrouu, oppidũ ligneũ, Liuuo abeſt medio milliari. *VVegrouu*

VVizna, ciuitas in planicie ad Nareuu fluuium ſita, arx in colle foſſa circundata. *VVizna.*

Nur, ciuitas lignea ampla, ad fluuium Nur ſita. *Nur.*

Camenyec, ciuitas lignea, in planicie ad Bug fluuium ſita. *Camenyec.*

PODLASSIA.

Byelsko, ciuitas lignea ampliſſima Podlaſſiæ principalis, ad Byalla fluuium ſita, Lithuaniæ contermina, arx lignea, fulminis ictu in præſentia Regis incenſa, penituſque exuſta eſt. Diſtat à Nareuu fluuio 4. milliar. *Byelsko.*

Bransko, ciuitas lignea ad Nur fluuium. Hic curia Regia iudicialis, in qua cauſæ nobilium diſceptantur. *Bransko.*

Suras, ciuitas lignea, inter colles ad Nareuu fluuium ſita: arx in colle foſſa circumducta. *Suras.*

Tyrochzin, ciuitas lignea, in planicie ad Nareuu fluuium ſita. Arx natura & opportunitate loci munitiſſima, propugnaculis valloq; forti p̃portionaliter circũſepta, Nareuu fluuio & paludib⁹ circundata, vt ad eam nuſq̃ aditus pateat,, machinis torm̃etiſq; bellicis prouiſa. Theſaurus Regius in ea aſſeruatur. Rex Sigiſmundus Auguſtus eã magnis impenſis reſtaurari fecit, monetaq; ibidem cuditur. *Tyrochzin.*

Knyſſyn. *Knyſſyn*, ciuitas lignea, in planicie inter ſtagna, ſyluas, paludeſque lutoſas ſita: ibidem curia Regia extructa eſt. Hortus quoq; Regius ampliſſimus vario genere animalium piſciniſq; diuerſis refertus. Venationes enim illic omnium ferarum copiosè exercentur.

Nareuu. *Nareuu*, ciuitas lignea, inter ſyluas & fluuium Nareuu ſita.

VVaſilkouu. *VVaſilkouu*, oppidum ligneum, ad Nareuu fluuium; Hîc Capitaneus Regius Poloniæ ſedet.

Auguſtouu. *Auguſtouu*, ciuitas noua ampliſſima, à Rege Sigiſmundo Auguſto, à quo & nomen habet, fundata.

Drochicin. *Drochicin*, ciuitas lignea ad Bug fluuium extructa, in colle curiam Regiam, in qua cauſæ nobilium diſceptantur, habet.

Myelnik. *Myelnik*, oppidum ligneum, ad Bug fluuium ſitum, arx in colle eminenti.

Loſicze. *Loſicze*, ciuitas lignea, ad ſtagnum ampliſſimum ſita.

Mordi. *Mordi*, oppidum ligneum, in planicie ad ſtagnum ſitum.

RVSSIÆ PARS, REGNO POLONIÆ INCORPORATA.

Leopolis. *Leopolis*, ciuitas inſignis Ruſſiæ, Polono Regi ſubiecta, Metropolis à Leone Ruſſorum Principe extructa, duplici muro propugnaculiſq; fortiſſimis, vallo & foſſa profunda, tormentis & ſupellectili bellica expeditiſſimè prouiſa. Arx vna in ciuitate, alia verò in eminentiſſimo ſcopulo ciuitati impendente, munitiſſimè conſtructa, cuius aſpectus decem milliaribus patet. Emporio ſedeq; Archiepiſcopali clara. Metropolitanus quoque Ruſſiæ ibidem

ſedem

ſedem ſuam retinet. Templa hîc Romanæ & Græcorum obedientiæ plurima. Armeni quoque ibidem baſilicam ſuæ religionis, antiſtitemq; & ſacerdotem habent.

Halicia, ciuitas lignea, ampliſſima, antiquitus conſtructa, vna ex Ducatibus Ruſſiæ. Eam à Moldauia Prud fluuius ex alia parte Tyras, Neſter vulgò dictus, præterlabitur. Arcem ligneã in colle eminenti adiunctam habet. *Halicia.*

Zidacouu in Pokutia, ciuitas lignea, in planicie ad Striy fluuium ſita. Arx in colle eminenti vallo circumſepta. *Zidacouu*

Grodek ciuitas inter lutoſas paludes, ex quibus Bug fluuius oritur, ſita, quo merces variæ ex Volhinia in Viſtulam deportantur. *Grodek.*

Striy, ciuitas lignea, ad fluuium Striy ſita. *Striy.*

VVizna, ciuitas in planicie inter paludes ad fluuium VViſna ſita. *VViZna.*

Sniatin, ciuitas lignea, ſeptis circundata, confinis Moldauiæ, eam Prud fluuius præterlabitur. *Sniatin.*

Colomnia, ciuitas lignea ſub monte, ad Prud fluuium ſita, hîc ſal decoquitur. *Colomnia*

Robatin, ciuitas lignea, ſeptis circundata, in planicie. Eam Rhohatinka fluuius præterlabitur. Arcem inter ſtagna & paludes ſitam habet. *Robatin.*

Polinia, oppidum ligneum inter colles ſitum. *Polinia.*

Lubaczouu, ciuitas lignea, in planicie ſita, caſtrum inter paludes ſtagnantes conſtructum. *Lubac-Zouu.*

Belz, ciuitas lignea ampla, in planicie ſita. Arcem ligneam lutoſis paludibus latè ſtagnantibus cincũductã habet, quam nequaquam Tartarica ſagitta attingit. *Belz.*

Sokal. *Sokal*, ciuitas circumsepta, in planicie ad Bug fluuium sita, arx in eminenti colle lignea.

Hrubyeſcouu. *Hrubyeſouu*, oppidum cum castro in colle situm.

Hrodo. *Hrodo*, ciuitas stipitibus præacutis circumsepta, arcem in colle Bugo præterfluam habet.

Grabouuyec. *Grabouuyec*, ciuitas lignea, in planicie sita, arx in colle eminentissimo, natura & opportunitate loci munitissima, accessuq; ardua.

Thyssouuice. *Thyssouuice*, ciuitas lignea, arcem in colle habet.

Chelm. *Chelm*, ciuitas septis circundata, sede Episcopali clara: Arx in eminentiori colle sita, lignea, argilla oblinita, quatuor m lliaribus aspectus illius patet.

Crasnistauu. *Crasnistauu*, ciuitas murata, ad stagnum amplissimum sita: arx in planicie murata, quam Viep fluuius nauigabilis præterlabitur, Lublina abest 7. millia. ibus, in ea Capitaneus generalis Regius residet.

Ratno. *Ratno*, ciuitas lignea, ampla, inter paludes latissimè stagnantes sita: pontibus statis ad eam peruenitur. Arx in colle eminenti, ad Puerepetum fluuium nauigabilem sita, quam fluuius Tur alta ex parte, paludesq; lutosæ muniunt, accessuq; omni ex parte difficilis.

Lyubouulia. *Lyubouulya*, ciuitas ad Bug fluuium sita, arcem in colle eminenti habet.

PREMISLIENSIS REGIO, RVSSIÆ PARS.

Primislia *Primislia*, ciuitas murata ad San fluuium nauigabilem sita, sede Episcopali clara, arx in colle in vlteriori ripa eiusdem fluuii sita: propugnaculisq; apprimè munitissima. Ibidem Hortus regius ingens, omnisferarum genere refertus.

Sambor.

Sambor, ciuitas ſeptis circundata, ad Tyram fluuium vnà cum arce ſita: Hungariæ finitima. *Sambor.*

Drochobiczᵹ, ciuitas ſtipitibus præacutis in planicie munita, ſalis fodinis clara. *Drochobiczᵹ.*

Sanok, ciuitas lignea, inter colles ad San fluuium extructa: arx in collo murata. *Sanok.*

Przeuuorsk, ciuitas in colle muro circũdata, ad Mleczka fluuium ſita. *Przeuuorsk.*

Kroſno, ciuitas murata, Iaſiolda fluuio circunducta. Viſlok fluuius eam mediam interluit. Hinc medio milliari diſtat Camyeniecz arx, in eminenti ſcopulo ſita, murata, natura & opportunitate loci & propugnaculis munita. *Kroſno.*

PODOLIA REGIO RVSSIÆ.

Camyeniec, ciuitas Moldauiæ finitima, diuina ferè manu inter arduas cliuoſaſq; rupes conſtructa, portas ſolum modò duas habet. Arx quoque natura & opportunitate loci, rupe petroſa vndiq; cincta, quàm vna cum ciuitate Smotricz fluuius præterlabitur, foſſaq; profundiſſima naturali cingitur. Arx ipſa muro propugnaculiſq; munita. Ciuitatem vero rupes altiſſima, ſaxoſa, acceſſuq; ardua inexpugnabilem facit, quam ita ſuo ambitu includit, vt minime ædium, quamuis eminentiorum tecta appareant. Sæpiùs ab ea Tartari, Valachique & Turcæ cum ingenti ſtrage & dedecore repulſi fugatiq; ſunt. Hinc ad Chociniam Moldauiæ arcem duo numerantur milliaria. *Camyeneic.*

Bar ciuitas ſeptis circundata in planicie, à Bona Ioannis Sfortiæ Ducis Mediolani filia, Sigiſmundi Regis Poloniæ vxore conſtructa, quam à Baro patria appellauit. Arx in colle murata, paludibus latè ſtagnantibus cincta. *Bar.*

Myedzi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Myedziboſz. *Myedziboſz*, ciuitas & arx ampla lignea, inter paludes latiſſimè ſtagnantes ſita, ad quam niſi pontibus perueniatur, à Tartaris ſæpiſſimè infeſtatur.

Brezania *Brezania*, oppidum ligneum, arcem in colle muratam habet.

Trebouula. *Trebouula*, ciuitas ſub monte altiſſimo ſita, arcem in colle eminenti habet.

Chmielnik. *Chmielnik*, ciuitas lignea, ſtipitibus circummunita. Arx ligneain planitie ad Bog fluuium ſita.

Braslauu. *Braslauu*, ciuitas & arx lignea, vallo foſſaq; cincta, eam Bog fluuius præterlabitur.

Vinnicza. *Vinnicza*, ciuitas lignea, vnà cum arce, vallo circumſepta, ad Bog fluuium ſita.

Suinigrod *Suinigrod*, arx cum ciuitate lignea, in campeſtribus ſita.

LITHVANIÆ MAGNVS DVCATVS.

Vilna. *Vilna* vrbs, caput & metropolis Lithuaniæ totius intra colles, ad confluxum Vilnæ, (à quo nomen habet) & Viliæ fluuiorum ſita muroq; circumducta. Arces duas inſigniter muratas adiunctas ſibi habet, quarum vna inferior, (hæcq; ampla & ſumptuoſiſſimè extructa) altera ſuperior in colle eminentiſſimo condita, dicitur, eas ex vna parte Vilna ex oriente fluens, ex altera Wilia fluuii ibidem concurrentes præterlabuntur. Porrò Vilna, quæ nomen vrbi indidit, minor eſt, V Viliaverò eſt amplior & nauigabilis, quo merces ex Vilna nauibus in Gedanum Pruſſiæ emporium celeberrimum deportantur. In hac vrbe plurima templa Romanæ obedientiæ & Rutenorum

ritus magnis sumptibus extructa. Episcopalis sedes in Basilica arcis cathedrali D. Stanislao dicata. Metropolitanus quoque Russiæ ibidem sedem in Basilica Rutenici ritus præcipua, titulo D. Virginis Mariæ insignita, retinet.

Ofmiana, oppidum ligneum, à Vilna 7. milliaribus abest. — *Ofmiana.*

Vilkomeria, oppidum ligneum ad Suuienta fluuium situm; Curia in ea iudicialis, in qua causæ nobilium discceptantur. Arx per Crucigeros Prussienses exusta, nunc in scopulo vestigia eius apparent. — *Vilkomeria.*

Bratislauia, ciuitas lignea, arcem sibi adiunctam in scopulo ad lacum amplissimum conditam habet. — *Bratislauia.*

Troki, ciuitas lignea, muro (cuius adhuc ruinæ apparent) quõdam circundata, sed à Crucigeris Prussiensibus cum munitione deuastata, à Vilna sex milliaribus distat, arcem habet in lacu satis opportunitate & naturâ loci munitam, ad quam nisi nauibus peruenitur. In ea diu sedes Ducum Lithuaniæ erat; postea à Vilnam translata. Est quoque aliud oppidum eiusdem nominis, quatuor à Vilna milliaribus ad Vacam fluuium, quod ad differentiam huius noui Troki dicitur. — *Troki.*

Grodno, ciuitas lignea, arcem muratam in scopulo sitam habet, quam Nemen siue Cronon fluuius celebris & nauigabilis præterfluit, vnà cum ciuitate, quo merces in Gedanum ex regionibus Lithuaniæ nauibus deferuntur. — *Grodno.*

Couuno, ciuitas lignea insignis, plures tamen in ea domus reperiuntur lapideæ, ad confluxum Nemenis & Viliæ, fluuiorum nauigabilium sita, arcem muratam, antiquitus in scopulo conditam habet. — *Couuno*

Lida. *Lida*, oppidum ligneum districtuale, arcem muratam, in qua iudicia nobilium celebrantur, habet.

Vpida. *Vpida*, ciuitas lignea, prouincialis, districtum amplissimum, cum multis oppidis complectitur.

Minsko. *Minsko*, ciuitas lignea ampliſſima, arx ex roboribus extructa, natura & opportunitate loci munitiſſima, foſſa profunda circunducta, eam fluuius quidam molendinis frequens præterlabitur.

Keidãovv. *Keidanovv*, arx cum oppido, à Vilna 25. milliar. abeſt

Rodoskovvice. *Radoskovvice*, caſtrum cum ciuitate. Hîc Rex Poloniæ Sigiſmundus Auguſtus copias armatas numeroſas cẽtum millia ſuperantes recenſuit. An. Dom. M.D.LXVIII.

Boriſſovv. *Boriſſovv*, ciuitas lignea, arx ex roboribus extructa, munitiſſimèq; propugnaculis, parietib. quaternis, intrinſecus terra, paludibusq; impletis firmata, fluuio Bereſina opportunè circumducta. A Vilna 40. milliarib. diſtat. In hac ciuitate milites præſidiarii contra incurſum Moſcho-rum continuò aſſeruantur, ad eam enim Moſchus fines ſuos pertinere contendit.

Lohoiſco. *Lohoiſco*, ciuitas cum arce lignea, à Boriſſovv 8. milliaribus abeſt.

Svvislocz. *Svvislocz*, caſtrum cum oppido ad fluuium eiuſdem nominis.

Bobroisko. *Bobroisko*, arx cum ciuitate, ad Bereſinam fluuium.

Odrugzko. *Odrugzko*, arx in colle eminenti lignea, olim pro Ducatu computabatur, nunc plures nobiles Ruſſi huius Ducatus titulo vtuntur.

Nouogrodek. *Nouogrodek*, ciuitas ampla lignea, quondam ſecun-

dogc-

dogenitis Principum Lithvvaniæ attributa erat, nunc in Palatinatum redacta est.

Slonium, ciuitas & munitio lignea, olim secundogenitorum Magnorum Ducum Lithvvaniæ erat & pro Ducatu cum suo territorio computabatur: posteà in prouinciam redacta est. *Slonium.*

VVolkouisko, ciuitas ampla, curia in ea iudicialis, vbi causæ nobilium disceptantur. *VVolkouisko.*

Msczibovv, oppidum & arx lignea, in stagno naturâ loci munita, planicie circũdante, à Wolkouisko 2. mill. *Msczibovv.*

Brestia, ciuitas ampla lignea, in finibus Lithvvaniæ sita, contermina Podlasiæ. Arcem amplam ligneam sibi adiunctam habet, natura opportunitateq; loci munitam, & duobus fluuiis, quorum vnus Mucchavvicz, alter verò Bug vocatur, opportunè circundatam. *Brestia.*

Pinsko, ciuitas lignea, satis ampla, ad fluuium Perepetum sita, qui multis oppidis Russiæ præterlapsis, in Boristenem fluuium amplissimum defertur. Hæc ciuitas cum suo territorio quondam inter principatus Russiæ computabatur, à Gedinoq; Magno Lithvvaniæ Duce subacta, secundogenitorum Principum Lithvvaniæ erat, nunc in prouinciam est redacta. Nobilitas prouincialis vexillo Lasurini coloris stemmate Magni Ducatus insignito vtitur. *Pinsko.*

Prepetus, arx & ciuitas ad fluuiũ eiusdẽ nominis sita. *Prepetus.*

VOLINIA REGIO RVSSIÆ INCORPORATA LITHVANIAE.

Luczko, ciuitas prouincialis lignea, sede Episcopali Ruthenorum & Romanæ obedientiæ clara, arces munitas duas in colle eminenti habet. *Luczko.*

VVolodimiria.

VVolodimiria, oppidum ligneum, munitionem quoque ligneam ad paludes sitam habet, quondam pro Ducatu habebatur.

KrZemenec.

KrZemenec, ciuitas ampla lignea, castrum quoque ligneum argilla circumlinitum habet.

Chabno.

Chabno, arx & oppidum ad Vssam fluuium situm.

Ouurucz.

Ouuruczi, castrum & ciuitas ampla in colle.

Oleuusro.

Oleuusro, arx & ciuitas ad Huberczia fluuium.

Zithomir

Zithomir, arx lignea in colle condita.

Korec.

Korec, arx & ciuitas lignea, pro Ducatu olim cum suo territorio computabatur.

Kamieniec.

Kamieniec, munitio in colle sita.

Zbaraſz.

Zbaraſz, arx & ciuitas olim sui iuris erat, cum suo territorio & pro Ducatu nunc computatur, pluresq; nobiles & Domini huius regionis Ducum titulo à suis ciuitatibus vtuntur.

Kiouia.

Kiouia, vetustissima amplissimaq; vrbs ligneis septis circundata, olim totius Russiæ Metropolis, ad fluuium celeberrimum Boristenem sita, à Vilna centum viginti milliaribus Polonicis distat. Eam quondam magnificam & Regiam planè fuisse, ipsæ ciuitatis ruinæ & monumenta, quæ sex milliaribus patent, indicant. Apparent hodiè adhuc in vicinis montibus & collibus Ecclesiarum monasteriorumq; & ædificiorum desolatorum vestigiæ. Præterea cauernæ quædam subterraneæ vastissimæ longo tractu subtus terra extensæ, quas quidam LXXX. milliarib. protendi dicunt. In his plurima antiqua sepulchra corporaque quorundam Illustrium Russiæ virorum (quamuis antiquitus posita) carie tantùm consumpta, integra tamen

appa-

appárent, præcipuè verò duorum quorundam Principum cadauera in vestibus gentili more, prout viui ambulabãt, integra, veluti recens posita apparent: sicq; insepulta in specu iacẽt, quæ peregrinis & aduenis à monachis Rutenicitus ostenduntur. Iuxta hanc vrbem arx satis munita ex roboribus & lapidibus terraque ad Boristenem constructa est.

Circassi, ciuitas lignea, ad Boristenem sita, à Kionia in meridiem deflectendo: huius incolæ Cirassi dicuntur, longoq; tractu iuxta Boristenem degunt. Ruteni sunt (alii tamen ab his, qui ad Euxinum in montibus habitant) viri bellicosi & strenui, cum Tartaris Præcopensibus sibi inuicem adhærentibus frequenter belligerant, in prouinciasq; eorum excurrunt, & prædas, iumenta videlicet, abigunt. Distat autem ciuitas Circassi à Kiouia 25. milliaribus Polonicis. *Circassi.*

Moser ciuitas prouincialis, ampla, lignea ad fluuium Pereptum condita qui duodecim milliaribus supra Kioui am hausto fluuio piscoso Tur dicto Boristenem influit. A Kiouia 30. milliaribus Polonicis distat, à Brobansko totidem, à Mochilouu 20. ab Orsha 26. *Moser.*

MścZislauia, ciuitas lignea ad fluuium, Sosam dictum, sita, arcem quoq; ex roboribus apprimè munitam habet, in ipsis finibus Moscouuiæ iacet, ideò præsidiarii milites in ea continuò asseruantur. *MścZislauia.*

Viterbsk, ciuitas satis ampla lignea, ad Duuinam fluuium insignem & nauigabilem, quò merces omnigenæ in Rigam Liuoniæ Metropolim deportantur, sita. Arces duas amplissimas naturâ & opportunitate loci munitissi- *Viterbsk.*

mas habet, quarum vna inferior in planicie sita, ciuitatis formam amplitudine referens dicitur. Altera superior in colle eminentiori condita, vtraq; propugnaculis & parietibus ex roboribus extructis, terraq; & lapidibus impletis, supellectiliq; bellica, tormentis & bombardis apprimè munita. Eas vnà cum ciuitate ab Oriente fluuius Dvvina opportunè præterlabitur, in quam sub ipsa arce exaltera parte Viczba fluuius exoneratur. Hæc arx omnium arcium finitimarum totiusq; Lithuaniæ est fortissimum propugnaculum, contra incursum Moschorum; in ipsis enim finibus hostium iacet, sæpiùs ab ea Moschouitæ cum suo ingenti damno fugati repulsiq; sunt. Quatuor in ea præfecti siue ductores militum pedestrium asseruantur. A Vilna 80. milliaribus distat, quondam sui iuris principem habebat, & pro Ducatu computabatur, nunc in Palatinatum redacta est.

Orsha. *Orsha*, ciuitas lignea ampla, ex vna parte stipitibus præacutis munita, ex altera Boristene fluuio alluitur, arcem munitam muratam sibi adiunctam habet, quam ab vna parte Boristenes, ab altera Orschiora fluuius (qui nomen ciuitati indidit) præterlabitur, à Vitebska 18. milliaribus abest.

Suras. *Suras*, castrũ inter Dunam, Casplã & Surascã situm, à Witebska 8. milliarib. Moschouiam versus procedendo.

Vla. *Vla* à Witebska 14. milliar. distat. Arx est sita in confluctu Vlæ (à qua nomen habet) & Dunæ fluuiorum, à Moschouitis olim fundata possessaq;, & à Polonis sæpiùs, frustra tamẽ tentata. Postea à Duce Rom. Sangus Kovviczinopinata irruptione capta, exustaq;, & à Polonis restaurata-

Turovvla, castrum Moschorum ad fluuium eiusdem nominis & Dunam munitissimè sita, à Poloczka 3. milliaribus abest. *Turovvla.*

Susza, arx Moschorum ad lacum eiusdem nominis: Moschouitis Copia dicitur. *Susza.*

Czasniki, castrum & oppidum ligneum, ad fluuium Vlam situm, à Susza 4. milliar. abest. *Czasniki.*

Sienno, arx cum oppido à Crasniki 6. milliar. abest. *Sienno.*

Leplo, arx & ciuitas benè munita, in lacu quasi peninsula condita, à Czasniki 7. milliarb. abest. *Leplo.*

Ciotcza munitio ad lacum eiusdem nominis. *Ciotcza.*

Crassne, arx Moschouitica, à Ciotcza 1. milliari sita. *Crassne.*

VVoroniec, castrum cum oppido ad Vsacram fluuium situm, à Poloczka 3. milliar. *VVoroniec.*

Strzyzovv, munitio ad lacum ingentem sita. *Strzyzovv*

Poloczko, olim ciuitas lignea, amplissima, stipitibus septisq; ligneis circundata, ad Dvvinam fluuium condita, arcem ligneam naturâ & opportunitate loci munitissimã, turribus & propugnaculis firmatam habet, quam ab vna parte Wina, ab altera Polata, à qua ciuitas nomen sortitur, præterfluit. Milites in ea præsidiarii à Rege Poloniæ frequenter asseruabantur, ciues & mercatores in ea ditissimi erant; Sed anno Domini M.D.LXII. Ioannes Basiliades Magnus Dux Moschouiæ, eam vi, tormentis bellicis admotis, strenua oppugnatione, obsidum verò indiligenti & oscitanti defensione in ditionem suam redegit: Poloniscque præsidiariis liberè dimissis, Lithuanos & Ruthenos ciuitatis incolas, cæteroscq; qui illuc velut ad asylum confugerant, in Moschouiam vinctos adduxit, *Poloczko.*

prædam-

prædamq; dictu incredibilem auri & argenti illinc asportauit. Habebat & olim sui iuris principem, & pro Ducatu amplissimo computabatur, nunc eius titulo prædictus Princeps Moscouiæ vtitur.

Vsacza. *Vsaczæ*, munitio ad fluuium eiusdem nominis & Dunam sita, à Poloczka 3. milliaribus distat.

Disna. *Disna*, arx ampla, vallo forti & inexcusso circundata, rebusq; bellicis apprimè munita; Disna & Duna fluuio opportunè circumluitur. Ciuitas quoque inter eosdem fluuios vallo stipitibusq; præacutis & propugnaculis munita, à Poloczka 6. à Vilna 40. milliaribus distat.

Drissa. *Drissa*, arx cum oppido circumsepto, ad fluuium eiusdem nominis, & Dunam 6. milliaribus à Disna sita.

Druha. *Druha*, munitio cum oppido, ad eiusdem nominis fluuium & Dunam; à Drissa 6. milliaribus abest.

SAMOGITHIÆ DVCATVS.

Caunia. *Caunia*, celebris ob Medonem, qui ibi conficitur, excellentissimus. Hîc residet Zarosta, ita vocant Gubernatorem suum, qui officii id genus toto vitæ tempore administrat.

SVDAVIA PRVSSIÆ DVCATVS I.

Luptauẽsis. *Luptauensis* territorii septem pagi superstunt: reliquum vniuersum deuastatum est.

SAMBIA DVCATVS PRVSSIAE II.

Lebẽicht. *Lebenicht* extructa est anno Christi M.CC.LVI.

Kneybach *Kneybach* extructa anno Christi M.CCC.XXC.

Regio-

Regiomontum, cum castro & antiqua, vt vocant, ciuitate, extructum est anno Christi M. CC. LX. — *Regiomõtum.*

Fischusia, anno Christi M. CC. LXIX. extructa. — *Fischusia.*

Lechstet, extructa anno M. CC. LXXXIX. — *Lechstet.*

Mulmelburgia, condita an. Domini M. CC. LXXIX. — *Mulmelburgia.*

NATANGIA DVCATVS PRVSSIAE III.

Valdonia ciuitas	conditæ sunt an. Domini		1256.
Girauia ciuitas			1326.
Cintia oppidum			1313.
Creneburga ciuitas cum arce			1253.
Heiligenbeil oppidum			1301.
Fridlandia ciuitas			1312.
Schippenbeilia ciuitas			1319.
Brandenburga oppidũ cũ arce			1362.
Balga arx			1239.
Dammouia			1400.

NADROVIA PROVINCIA PRVSSIAE IV.

Nadrouiæ supersunt aliquot casæ & tiguria tantùm, in quibus piscatores habitant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SLAVONIA DVCATVS
Prussiæ V.

Ragneta	hæ munitiones partim ciuitates, partim oppida, & arces, extructæ sunt à fratribus Crucigeris anno Domini	1253
Tulsa		1289.
Renum		1276.
Liccouia		1273.
Salauia		1385.
Labia		1258.
Tapia		1255.
Vintburgia		1409.
Christaterder		1253.
Baytia		1338.
Cestia		1185.
Norbeitia		1381.
Vonsdorf		1391.
Angenburgia		1412.
Dringofordia		1403.

BARTONIA DVCATVS
Prussiæ VI.

Nordenburga	hæ munitiones partim ciuitates, partim oppida & arces, extructæ sunt à Crucigeris anno Domini	1505.
Iohansburga		1268.
Iurgburga		1259.
Inserburga		1342.
Richteuerder		1396.
Bartonia		1365.
Rhenum		1375.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

GALINDIA REGIO PRVSSIÆ VII.

Orteleburgum, castellum	anni instaurationis eorum	1366.
Rastenburgum, oppidum		1329.
Neyburgum, arx & oppid.		1238.
Passenhumia, oppidum		1388.
Dreschlouia, arx & oppid.		1338.
Lucia, castellum		1348.
Lucenburgia, oppidum		1349.

VARMIA siue VVARMELANDIA, Regio Prussiæ VIII.

Ressel, arx & ciuitas	his annis sunt extructæ	1337.
Streburg, arx		1348.
Bichofstein, ciuitas		1325.
VVartenburga, ciuitas		1325.
Allenstein, arx & ciuitas		1367.
Melsatia, arx & ciuitas		1326.
Helsberga, arx & ciuitas		1320.
Vermeditum, arx & ciuitas		1316.
Gustadia, ciuitas		1326.

HOGERLANDIA REGIO Prussiæ IX.

Brandenburgũ castr. & op.	extructa sunt anno Domini	1279.
Tolkiemit, oppidum		1365.
Munhusia, castellum		1365.
Scharpouia, prædium		1400.

Elbinga, ciuitas insignis ad ostia Albis fluuii in littore maris sumptuosissimè & magnificentissimè extructa. Hæc splendidis ciuium opib. & mercatorum diuitum fre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quentia, claram ſpectabilemq; ſe reddit. Eius titulo Rex Poloniæ ſcribens ſe Dominum terræ Elbingenſis, maximè in priuilegiis vtitur. Caſtrum quidem Elbingenſe conſtructum eſt anno Chriſti M, CC. XXXVII. Ciuitas verò M. CC. XXXIX.

CVLMINA DVCATVS PRVSSIAE X.

Culmina, ciuitas ampla		1223.
VVentslauia, arx		1215.
Alduſia, caſtrum		1238.
Geandentz, arx & ciuitas		1299.
Gugeleburga, ciuitas		1230.
Schonſe, arx cum ciuitate		1305.
Stesburga, arx & ciuitas		1285.
Bartonia, arx		1346.
Neumarckt, ciuitas		1325.
Rogoſna, arx	erectæ ſunt an. hiſce	1293.
Colmenſe, ciuitas		1251.
Papauia, arx		1375.
Fridek, arx		1331.
Lipno, arx		1319.
Leſna, ciuitas		1328.
Golba, arx & ciuitas		1300.
Luben, arx cum ciuitate		1233.
Reden, ciuitas cum arce		1233.
Bergelauia, arx		1305.
Lautergurgia, arx		1301.

Turunia. *Turunia*, arx cum ciuitate ampliſſima, Emporio clara, ad Viſtulam an. Domini M. CC. XXXV. conſtructa.

POME-

POMESANIA REGIO PRVSSIAE XI.

Marienburgum, ciuitas ampla, anno Domini M. CCC. II. extructa est, arx verò anno M. CC. LXXXI. à fratrib. Teutonicis erecta, sub Magistro ordinis Comite Heldrouiensi, naturâ loci munitissima, valloq; fortissimo, ac fossa profundâ cingitur, muro, propugnaculis & commeatu copioso, apprimè firmata, Regis Poloniæ præsidiis tenetur. *Marienburgum.*

Neutichia, oppidum		1329.
Stum, arx cum ciuitate		1249.
Christburga, arx & ciuitas		1258.
Preusmarck, arx		1329.
Salfeld, ciuitas		1328.
Merinek, arx cum ciuitate		1290.
Holand, arx & ciuitas		1329.
Luhstadia, ciuitas	hæ ciuitates cum suis munitionib. extructæ sunt	1302.
Osterrade, arx & ciuitas		1270.
Rosenburga, arx & ciuitas		1298.
Marienwerder, arx & ciuitas		1311.
Garnesia, ciuitas		1328.
Germanica Eulouia, arx & civ.		1337.
Lebmulia, ciuitas		1337.
Hohenstein, ciuitas		1301.
Schonenberga, arx		1319.
Rosenbergia, ciuitas		1305.
Eulenburga, ciuitas		1299.
Neunburga, ciuitas & arx		1289.
Salauia, ciuitas & arx		1306.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

MICHLOVIA REGIO PRVSSIÆ XII.

Strasburga, ciuitas, sola reliqua est in hac regione.

Strasburga.

LEILANDIA
siue
RIGENSIS LIVONIÆ PROVINCIA.

Riga.

Riga.

Riga, vrbs celeberrima totius Liuoniæ metropolis, muro fortissimo, propugnaculisq; & turribus densis, tormentis bellicis apprimè munitis, valloq; inexcusso tribus ordinibus tormentorum vndiquaq; munita, fossis duabus ex vtraque vallis parte circumdata, & stipitibus acutis circumsepta, rebus bellicis tormentis & commeatu copioso militibusq; stipendiariis pacis & belli tempore benè prouisa.

uisa. Arcem quoq; benè munitam & omnibus neceſſariis prouiſam ſibi adiunctam habet, in qua olim Magiſtri ſedẽ habebãt, eam ante paucos annos Gothardus Kietler Dux Curlandiæ, Regis Poloniæ feudalis nomine Regio administrauit, in ciuitatem tamen ipſam ius nullum habuit. Adminiſtratorem enim ſiue Capitaneum aliquem, ciues ſibi dominari (libertatẽ aſſerentes) non patiũtur, ſed obedientiam & tributa Regi Poloniæ fideliter exhibẽt, ipſiſq; ciuilib. legibus vrbem adminiſtrant. Hanc vrbem fluuius Dvvina ampliſs. (ex ſeuera Regione Ruſſiæ Moſchouiæ Duci ſubiecta ortus) vna cum arce alluit, & duobus à Riga milliaribus in mare ampliſſimis oſtiis exoneratur. Per hanc naues ex mari ad ciuitatem de vltramarinis regionibus, vtpotè, Svvecia, Dania, Holſatia & cæteris remotis prouinciis appellunt. Ex Ruſſia quoq; & Lithuonia cineres, aſſeres, ligna cæſa & leuigata omnis generis ad naues fabricandas, frumentum quoq; grandi copia & cætera importantur. Magnum hac in vrbe & celeberrimum eſt emporium: quamuis enim duobus milliaribus à mari diſtat, naues tamen omnigenæ facilimè de mari ſub ipſa mœnia vrbis veniunt & redeunt.

Dunamunt, arx inexpugnabilis, naturâ opportunitateq; loci mari adiacet, in oſtiis Dvvinæ fluuii duob. à Riga milliaribus ſita, præſidiiſq; Polonicis munita, in ea omnes naues ex vltramarinis Regionibus venientes, merces teloniaq; perſoluere coguntur. *Dunamũt*

Blokaus, munitio inter Rigam & Dunamunt ad Dvvinam condita, in ea quoq; omnes naues excutiuntur: Hæ autem duæ arces Rigenſibus maximè inuiſæ ſunt. *Blokaus.*

Kircholm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Kircholm — *Kircholm*, arx murata, ad Dvvinam fluuium duobus milliaribus à Riga sita, in Orientem procedendo.

Vxul. — *Vxul*, arx desolata, curia tamen in ea, vbi præfectus manet, extructa. A Kircholm duobus milliaribus abest. Crudelem illic quondam conflictum & hominum stragem insignem cumulus ossium ingens congestus testatur.

Lenvvard — *Lenvvard*, arx ab Vxul quatuor milliaribus ad Dvvinam sita.

Aſcherad. — *Aſcherad*, olim Palatinatus: arx ad Dvvinam munita, Moschouitæq; ab ea aliquoties repulsi sunt; 4. milliaribus à Lenvvard abest.

Dunẽborg — *Dunemborg*, arx ad Dvvinam munitissimè sita; commendator ei olim Magistri nomine præsidebat.

Segevvolt — *Segevvolt*, arx & ciuitas olim ordinis Marschalci primi à Magistro propria erat.

Kokẽhaus — *Kokenhaus*, arx & ciuitas naturâ & opportunitate loci munitissima, ad Dvvinam fluuium sita, cæterarum Archiepiscopi arcium principalis.

Smilten. — *Smilten*, arx à Muschouitis desolata.

Sancel. — *Sancel*, arx apprimè munitissima mari adhærens, ad Archidiaconatum Rigensem quondam pertinebat.

Derpt. — *Derpt*, siue Topatum, siue Debet, insignis vrbs Episcopalis, & arx in colle munitissima vrbi impendens. Hæc anno Domini M. D. LVII. ab exercitu Moschorum Ducis violenta oppugnatione cum tota circumiacenti prouincia capta est.

Habſel. — *Habſel*, arx principalis cum ciuitate, in qua est Ecclesia cathedralis, eam Rex Svvetiæ vi ad deditionem coegit.

Lode. — *Lode*, arx munita, quam Dux Curlandiæ Crotardus

Ketler à Svvetensium impetu nuper defēderat, & aliquot eis grandia tormenta ademerat, sed posteà ab eisdem capta est.

Lehal, castrum & ciuitas, in qua est insigne Virginum monasterium, nunc præsidiis Svvetensium tenetur. *Lehal.*

Eiczkel, arx à Moschouitis exusta, & desolata est. *Eiczkel.*

Verder, arx munitissima ad fluuium Zundam sita, ab ipsis Cruciferis Liuanien sibus destructa & demolita est. *Verder.*

CVRLANDIA REGIO.

Vinda, arx cum ciuitate, Polonis *Kieß* dicitur, in ea Magistri sedem suam habuerunt, & Comitia conuentionesq; celebrare soliti erant, nūc Polonis præsidiis tenetur. *Vinda.*

Goldingen, arx & ciuitas cum districtu amplo. *Goldingē.*

Grubin, arx cum præfectura ditissima. *Grubin.*

SEMIGALIA DVCATVS.

Soleburg, arx & præfectura; ciuitates in hoc Ducatu nullæ. *Soleburg.*

ESTLANDIA DVCATVS.

Felin, arx & ciuitas munitissima vnà cum vltimo Magistro Liuoniæ Wilhelmo Furstenberg feudali Regis Poloniæ, à propriis militibus stipendiariis Germanis Moschorum Duci dolosē prodita est, ciuitas ipsa exusta, arx verò præsidiis Moschouiticis munita, vnaque cum districtu siue Palatinatu Moschorum Duci subest. Magister verò in ea captus, Moschouiam adductus, in vinculis spiritū exhalauit, atq; hunc extremum exitum Magistri Liuonenses habuēre. *Felin.*

Lais, arx à Moscho occupata est. *Lais.*

Tarneſt. *Tarneſt*, ſiue Taurus, arx munitiſſima, præſidiiſq; Moſchouiticis prouiſa à Lithuanis, Duce exercitus illuſtri & magnifico D. Nicolao Radzivvil, Palatino Vilnenſi, pulueribus bombardariis ſuppoſitis eiecta, & cum Muſchouitis à vi & impetu pulueris volantibus, euerſa eſt. Hac autem arce expugnata & exuſta Lithuani quibuſdam Moſchorum abductis, quibuſdam occiſis, velut Tartari arce deſolatè relicta, & non occupata nec munita, (quæ facilè inſtaurari potuit) cum ſpoliis tormentiſque & cæteri ſupellectili ablata, diſceſſerunt, Anno Domini M. D. LXI. Iulii vltima.

Operpal. *Operpal*, arcem exercitus Regis Poloniæ exuſſit & deſolauit.

VIRLANDIA.

Nerua. *Nerua*, arx & ciuitas inſignis munitiſſimaq; ad fluuium eiuſdem nominis ſita, ex aduerſo in altera ripa arcem à Moſcho erectam Iuanovv Gorod dictam habet, atq; fluuius prædictus Nerua has arces interfluens Moſchorum & Liuonienſium olim diſlimitabat imperium.

Tolczburg. *Tolczburg*, arx ad ſinum maris Baltici, inter Neruam & Reualiam ciuitates æquali diſtantia ſita.

VVeſenburg. *VVeſenburg*, arx & capitaneatus.

Bercholm *Bercholm*, olim arx Epiſcopi Reualienſis erat.

HARIA PROVINCIA.

Reualia. *Reualia* vrbs celebris, cum arce munitiſſima, ad ſinũ maris Baltici condita eſt. Sede Epiſcopali clara, ſub Rege Poloniæ à Suetiæ Regis exercitu occupata. Monetam Reualienſes propriam quadrangularem cudunt.

Badis,

Badis, castrum & monasterium insigne, Svvetenses inopinata irruptione ceperunt *Badis.*

Fegfeur, arx olim Episcopi Reualiensis, à Moschorum Duce expugnata nunc tenetur. *Fegfeur.*

GERVENLANDIA DVCATVS.

VVitenstein, arx est principalis: eam sub Rege Poloniæ Svvetensium Rex occupauit, Bialikamiẽ, id est, albus lapis Polonis dictus. *VVitenstein.*

MOSCHOVIA MAGNVS DVCATVS.

Moschouia, ciuitas orientem versus multum porrecta est, tota lignea, satisq; ampla, quæ procul spectantibus amplior, quàm reipsa sit, apparet, nam horti, areæq; in qualibet domo, & plateæ spatiosæ, magnam ciuitatis amplitudinem dilationemq; præbent. Hocq; modo ciuitas ingens & supra modum ampla videtur. Deniq; trans fluuium Basilius auus moderni Principis pro satellitibus suis cæterisq; extraneis, Polonis videlicet, Germanis & Lithuanis, (qui à natura Bacchum sequuntur) oppidum Nalevvki dictum (quod cognomen ab infundendis poculis habet) extruxit. Huius vrbis tam vasta magnitudo facit, vt nullo certo termino, muro, fossa, propugnaculis fine fine muniri possit, plateæ tamen quibusdam in locis trabibus transuersim positis obstruuntur, adhibitisq; custodibus ad primam noctis facem ita obfirmantur, vt nemini aditus in eam pateat. Tamq; admodum lutosa, cœnosa est, vt in plateis pontes passim necessariò extructi sint. Nunc tamen vallo de terra, vt audiui, circumducitur. Arces muratæ duæ amplissimæ in simul ciuitatis formam re- *Moschouia.*

ferentes, quarum vna Kitaigorod, altera Bolsigorod genitiliter appellatur, quas ab vna parte Moschaua fluuius, ab altera Neglinna, in qua molendina plurima sunt, praeterfluit. Ecclesiæ Diuorum lapideæ & ligneæ, adeoq; nobilium & magnatum in ea frequentes sunt. Vltra Neglinnam verò in agro Narbat dicto, ab arce ad sagittæ iactum, Ioannes Basiliades curiam amplissimam anno Domini M.D.LXV. extruxit, quæ Opriczna, id est, scorsiua habitatio dicitur, vbi ipse princeps cum satellitum suorum, vratur, quos ille ad tutelam sui, perinde vt Turca Ianiczaros vouet, vigintiq; ferè millia superant, ex his maior pars Scloppetariorum cum bombardis longioribus, reliqui cum frameis, arcubusq; & lanceis loricis armati incedunt, Cæterùm vrbem ipsam Moskvvam cum vtraq; arce Tartari Pręcopenses funditus exusserunt anno Domini M.D. LXXI. mense Maio, ipso die Ascensionis Dominicæ, vbi ingens & innummerabilis multitudo populi in vrbe & arce flamma fumoq; suffocata & cõbusta est, paucis fuga elapsis, & vna duntaxat arx Kituigorod vix defensa est, magnamq; captiuitatem Tartari inde abduxerunt.

VOLODIMIRIA DVCATVS MOSCHOVIAE.

Volodimiria.

Volodimiria, ciuitas magna, cum suo Ducatu, cuius titulum Princeps Moschouiæ sibi vendicat, castrum ligneum sibi coniunctum habet, distatq; 36. milliaribus Polonicis à Moschouia, Orientem versus. Huius Prouinciæ ager adeò fertilis est, vt ex vno tritici modio sæpè 20. modii interdum 25. proueniant. Hæc Volodimiria à tempore

Volo-

Volodimiri totius Russiæ Monarchæ, qui eam condidit, & à nomine suo appellauit, totius Russiæ Metropolis erat, ad Ioannem vsque Danielis filium, Magnum Moschouiæ Ducem, qui inde sedem in Moschouiam transtulit.

NOVOGRODIA INFERIOR DVCATVS MOSCHOVIAE.

Nouogrodia, inferior ciuitas ampla & lignea, à qua & Regio ipsa nomen accepit; sita autẽ est ad Wolgæ & Occæ fluuiorum celeberrimorum confluxum. Castrum quoque ciuitati huic adhæret, quod Basilius Dux Moschouiæ ex lapide in scopulo construxit; Distat verò Nouogrodia inferior à Moschouia 100. milliaribus Polonicis. Hæc autẽ ciuitas terminum Christianæ religionis facit. *Nouogrodia.*

RHEZAN DVCATVS MOSCHOVIAE.

Rhezan, ciuitas lignea, ad ripam Occæ fluuii sita est, & non procul ab hac ciuitate Occa fluuius insulam facit, quæ Strup dicitur. Magnus Ducatus olim circa hanc inquæ sulam erat, cuius princeps nemini obtemperabat: Sed nunc hic Ducatus funditùs extinctus est. *Rhezan.*

Corsira, in ripa Occæ fluminis, oppidum ligneum, à Rhezan 28. milliaribus distans. Habebat olim Dominum sui iuris; Sed nunc in ditionem Magni Moschouiæ Ducis redactum est. *Corsira.*

Tulla, oppidum ligneum, 40. ferè milliaribus Polonicis à Rhezan distat, à Moschouia ferè in meridiem 26. estq; hoc vltimum oppidum à Campestria deserta, in quo Basilius Ioannis pater castrum ex lapide construxit, quod *Tulla.*

fluuius eiuſdem nominis præterlabitur. Vppa verò alius fluuius ab ortu caſtrum alluit. Tullæq; fluuio iunctus, Occæ ſupra Vorolin 20. ferè milliaribus commiſcetur. Hoc autem oppidum Tulla cum ſuo territorio ad Baſilii vſque tempora proprium principem hæreditarium habebat.

Odoyovv. *Odoyovv*, caſtrum ad Tullæ & Vppæ fluuiorum oſtia, vbi in Occam exonerantur, ſitum eſt.

Coluga. *Coluga*, oppidum & caſtrum ligneum, ad Occam fluuium, 36. milliaribus Polonicis à Moſchouia abeſt: ibi quotannis præſidia contra incurſiones Tartarorum ſtatuere ſolet Magnus Dux Moſchouiæ.

VOROTIN DVCATVS MOSCHOVIÆ.

Vorotin. *Vorotin*, ciuitas & arx, ad Occam fluuium ſita, diſtat 3. milliaribus à Coluga.

SEVERIA DVCATVS MOSCHOVIÆ.

Nouogrod *Nouogrod Sievvierski*, ciuitas & arx lignea, in qua olim ſedes Ducum Securienſium erat, diſtat à Potiuolu & Starodub ciuitatibus ab vna 18. ab altera 14. milliaribus: ad hanc ciuitatem à Moſchouia extrorſum meridiem verſus per Colugam Verotiniam, Serensko & Bransko 150. milliaribus peruenitur.

Czernigovv. *Czernigovv*, arx & oppidum 30. milliaribus à Kiouia diſtat.

Potiuolū. *Potiuolum*, arx & ciuitas lignea, à Moſchouia 140. milliaribus Polonicis, à Kiouia verò 60. diſtat. Hæc vltra ſyluam magnam, quæ 24. milliaribus in latitudinem protenditur, ſita eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SMOLENSKO DVCATVS MO-SCHOVIÆ.

Smolensko ciuitas ingens, ad Boriſtenem fluuium ſita, arcem ex roboribus ædificatam in vlterioris fluminis ripa habet, in qua plurima ædificia lignea in formam ciuitatis extructa ſunt. Hanc ex vna parte Boriſtenes fluuius alluit, ex altera verò foſſis profundis ſtipitibuſque acutis munitur, in medio autem arcis templum D. Virginis in ſcopulo conditum eſt. Hanc ciuitatem & arcem Baſilius Magnus Moſchouiæ Dux ſæpiùs & grauiſſimè oppugnabat, nunquam tamen vi eam capere potuit, donec Michael Glinsko ex Principum Ruſſiæ nobili ſtemmate & familia ortus (qui quondam ſummam rerum apud Alexandrum Regem Poloniæ in magno Ducatu tenebat) ad prædictum Baſilium (ſeditione in Lithuania excitata, regnante Rege Poloniæ) profugit, & arcem Smolensko denuò cum ingentibus Moſchorum copiis acerrimè obſedit, quam tormentis bellicis obſtinatè, ſed fruſtra, oppugnabat, & cùm eam vi capere non poſſet, præfectis militum largitionibus corruptis, per deditionem arce cum ciuitate potitus eſt, atque hoc tempore in poteſtate Magni Ducis Moſchouiæ perſeuerat. Ciuitas ipſa in valle ſita eſt, collibus vndiq; & ſyluis vaſtiſſimis (ex quibus pellium diuerſarum multitudo prouenit) cingitur. Diſtat autem Smolensko à Moſchouia 80. milliaribus Polonicis. *Smolensko.*

Drohobus, à Moſchouia 72. milliaribus, à Smolensko 18. diſtat, ad Boriſtenem cum oppido eiuſdem nominis ſita eſt. *Drohobus.*

Hugra, fluuius profundus & lutoſus, non longè à *Hugra.*

Droho-

Drohobus in ſylua quadam oritur, & inter Colugam & Vorotiniam Occam influit. Hic autem fluuius Moſcho-
rum & Lithuanorum Dominum quondam dislimitabat.

VViezma *VViezma*, caſtrum & oppidum ligneum, ad fluuium eiuſdem nominis extructum eſt, qui haud procul inde in Boriſtenem ingreditur. Diſtatq; à Moſchouia 6. milliaribus, à Moſaysko 26. à Drohobus 18.

Mozaysko. *Mozaysko*, caſtrum & oppidum ligneum, à Moſchouia 18. milliaribus meridiem verſus diſtat, à Wiezma 26. ibi Princeps nonnunquam Oratores diuerſorum Principum excipere ſolet, venationemq; ibidem quotannis exercet, nam ibi ſupra modum leporum, præcipuè alborum magna copia eſt. Olgerdus ille & Vitoldus Magni Duces Lithuaniæ (quibus non extitit ex Lithuaniæ Ducibus bellicoſior alter) fines Lithuaniæ 6. milliaribus vltra Mozaysko poſuerant.

BIELSKIA DVCATVS RVSSIÆ.

Biela. *Biela*, ciuitas cum caſtro, ad Huuium Obſcha in vaſtis ſyluis ſita eſt, diſtatq; à Moſchouia 60. milliaribus Polonicis, à Smolensko verò 36.

RESCHOVIA DVCATVS MOSCHOVIÆ.

Rſchovva. *Rschovva*, ciuitas & arx lignea, ad Volgæ ripam ſita eſt. Diſtat autem à Moſchouia occidentem verſus 23. milliaribus.

VVoloczk. *VVoloczk*, ciuitas & arx lignea, occidentem æquinoctialem verſus 24. milliaribus à Moſchouia diſtat, à Mozaysko 12. à Thvveria 20.

VVyelikyeluki, arx & ciuitas magna lignea, à Moſchouia 140. miliaribus à Nouogrodia magna, à Poloczko 36. diſtat, eam Louat fluuius præterfluit. *VVyelikyeluki.*

Toropyecz, arx & ciuitas, à VVielikyeluki 18. miliar. diſtat, ad confinia Lithuaniæ, Ducatum Smolenſienſem attingens, ſita; Hæc autem arx Toropyecz cum cæteris ſibi adiacentibus, videlicet Drohobus, Biela & Brensko, cum bona Seuerenſis Ducatus parte, vno tempore per deditionem in Magni Ducatus Moſchouiæ Ioannis Baſilii poteſtatem deuenerunt, ſub Alexandro Rege Poloniæ Magnoque Duce Lithuaniæ. *Toropyecz.*

TVVER DVCATVS MOSCHOVIÆ.

Tvver, ciuitas occidentem æſtualem verſus, quam VVolga fluuius interlabitur, in altera autem VVolgæ ripa caſtrum ligneum ſibi coniunctum habet, ex cuius oppoſito Tvverka fluuius VVolgam influit. Hæc ciuitas argenteam monetam propriam habet, quæ valore Moſchuiticæ æquatur. *Tvver.*

Terſak, oppidum 10. miliaribus Polonicis à Tvveria abeſt. Huius olim dimidia pars Nouogrodienſi, altera Tvverenſi Ducatui ſubiacebat. *Terſak.*

PSKOVIA DVCATVS MOSCHOVIÆ.

Pſkouia, gentiliter *Pſkovv* dicta, ciuitas celebris eſt totius Regionis metropolis, ad lacum, Pskovva dictum, ſita, ex quo eiuſdem nominis fluuius emergit, ac mediam ciuitatem interfluit. Sola autem Pskouia in toto Moſchi imperio muro cincta eſt, quæ in 4. partes diuiditur, & earum *Pskouia.*

singulæ suis mœnibus claudũtur. Distatq́, hæc ciuitas occidentem versus à Nouogrodia magna 36. miliar. à Wyelikyeluki & à Riga Liuoniæ metropoli 60. Hanc ciuitatẽ Moschouiæ Dux proditione sacerdotum occupauit, ciuibusque in Moschouiam abductis, & in eorum locum Moschouitis substitutis, libertatem Pskouiensium, quam strenuè multis annis propugnabãt, prorsus diminuit, eiusq; titulum sibi vsurpat.

NOVOGRODIA MAGNA, DVCATUS Russiæ.

Nouogrodia.

Nouogrodia magna, appellata gentiliter *Novvogrod VVyelki*. Eam Wolgovv fluuius nauigabilis interfluit, qui ex Ilmen lacu supra ciuitatem emergens in alium lacum (Nouogrodia magna interlapsa) Ladoga dictũ exoneratur, 36. Polonicis miliar. emensis. Distat autẽ Nouogrodia occidentem æstualem versus à Moschouia 120. miliarib. à Pskouia 36. ab Ivvano & Gorod & Welikyeluki 40. In hac ciuitate erat olim quoddam idolũ Perum appellatum, hoc in loco quo nunc est monasterium, Perunski monaster ab idolo eodem dictum. Hoc idolũ à Nouogrodiensib. præcipuè cultu latriæ adorabatur; habebat aũt formã hominis lapidem ignitum manu tenẽtis, similem fulmini. Nam Perũ Ruthenis & Polonis fulmen significat. In huius laudem & honorẽ ignis ex quercub⁹, qui perpetuò die nocteq; arderet, cõstruebatur. Quod si negligẽtia ministrorũ ad hoc officiũ obeundum designatorẽ ignem extingui contingeret tunc capitis pœna plectebantur. Currente anno Dom. M.CCCC.LXX. cũ Theophilus Archiepiscopus Nouogardiæ

gardiæ ſua auctoritate totam ditionem Nouogardienſem gubernaret, Rege Polonię Caſimiro tunc temporis magni Ducis Lithuanię tributa perſolucs, Ioan. Baſilii Moſchorũ Dux, Nouogrodienſẽ Principatũ, graui acerrimoq; bello per ſeptem perpetuos annos preſſit, ipſamq; ciuitatẽ Nouogardiam ſæpiùs obſtinatè oppugnabat. Tandem anno Dom. M. CCCC. LXXVII. ad fluuium, Scholana dictũ, Nouogrodienſes bello ſuperauit, eoſq; ad deditionẽ ciuitatis & totius Regionis compulit, & locum tenéntẽ ſuum illis conſtituit. Cùm aũt nondum abſolutum ſe imperium in Nouogardienſes habere intellexiſſet, auxilio prædicti Theoph. Archiepiſ. in Nouogardiam armata manu venit ſub prętextu religionis conſeruãdę, quaſi ciues quoſdam à Ruthenico ritu ad Romanam Eccleſiam deficere volẽtes, cohibere propoſuiſſet, hacq; ſimulatione Nouogardiã ingreſſus, incolas ad miſerrimam ſeruitutem redegit, ciues mercatoreſq; omnes bonis omnib. (parte vnicuiq; quarta relicta) ſpoliauit, ipſumq; Archiepiſcopũ prouentibus, omniq; auro & argento priuauit, & aliũ Epiſcopũ (parua dũtaxat reddituũ portione illi cõceſſa) in locũ eius cõſtituit.

Ruſſa, oppidulum vetuſtiſſimum, olim antiqua Ruſſia, à Nouogrodia 12. miliaribus diſtat, quod fluuius ſalſus prætерfluit, quem incolæ foſſa ampla in modum lacus coercent, indeq; aquam per canales vnuſquiſq; ad ſuas ædes deducunt, & ex ea ſal coquunt. *Ruſſa.*

Iuanovv Gorod, arx, quam Ioannes Baſiliades Moſchouiæ Dux (à quo & nomen accepit) ad ripam Neruæ fluuii ex lapidib⁹ ſectis extruxit. Diſtat à Nouogrodia magna 40. miliarib à Pskouia totidẽ. Iuxta hãc arcẽ eſt ciuitas lignea *Iuanovv.*

Nerua à fluuio appellata, vbi Nouogrodienſes & Pskonienſes merces ſuas deponere ſolẽt. Eſt ibi quoq; ex aduerſo in altera ripa Liuonienſium caſtrum & ciuitas, quod etiam ab eodem fluuio Nerua appellatur, atq; hæc duo caſtra Nerua fluuius interfluens, Moſchouiæ olim imperium à Liuonienſi dislimitabat. Sed Ioannes Baſiliades Princeps Moſchouiæ Nerua arce Liuonienſium cum cæteris potitus, vlteriùs fines ſuos promouit.

Iamma. *Iamma*, caſtrum 12. miliarib. ab Ivvanovv Gorod & Nerua ſitũ eſt, ad Pluſæ fluuii oſtia ſeptentrionem verſus.

Coropogia. *Coropogia*, ciuitas & caſtrum ad fluuium eiuſdem nominis ſita, ſpatio 4. miliarium à Iamma diſtat.

CORRELIA PROVINCIA.

Landskrona. *Landskrona*, arx eſt inſignis.

Monaſterium quoddam Ruthenicum inſigne in inſula Solovvki, in quod mulieribus ingreſſus graui ſub pœna prohibetur.

DVVINA PROVINCIA.

Colmogara. *Colmogara*, caſtrum eſt in hac regione ſitum.

Dvvina. *Dvvina*, ciuitas in medio regionis ſita eſt, celebris ob copiam pellium pretioſiſſimarum, quæ à vicinis populis eò feruntur.

Pinega. *Pinega*, in ipſis Dvvinæ oſtiis conditum caſtrum eſt.

VSTIVGA REGIO.

Vſtiug. *Vſtiug*, ciuitas & arx (vnde & regio nomen accepit) occurrit, ad fluuium Suchana condita. Diſtatq; à Wolochda ciuitate 100. milliarib. à Bieleiezioro 140. Dicitur autem Vſtiug ab Vſtie, quod oſtium Latinis ſonat, & Iug fluuio

uio ex meridie in ſeptentrionem currente, ad cuius oſtia primò ſita erat, ſed poſteà propter loci opportunitatẽ ad dimidium miliare ſupra oſtia eius, vbi in Suchanam ingreditur, translata eſt, & antiquo nomine Vſtiug hucuſq; appellatur. Metropolis eſt, celebris ob pelles rabellinas.

VOLOCHDA PROVINCIA.

Volochda, ciuitas & arx naturâ loci munitiſſima, in qua Magnus Dux Moſchouiæ theſauri ſui partem tempore neceſſitatis condere ſolet; abeſt autem Iareslavv 50. Polonicis miliaribus, à Bieleiezioro 40. eam fluuius Volochda, in Septentrionem ex occidente fluens, præterlabitur, à quo ciuitas ipſa & prouincia denominata eſt. *Volochda.*

BIELEIEZIORO DVCATVS Ruſſiæ.

Bieleiezioro, arx naturâ loci munitiſſima, inexpugnabiliſq;, in lacu ſita. In hac Princeps Moſchouiæ theſaurũ ſuum recondere ſolet, illicque tempore neceſſitatis hoſtibus vrgentibus, velut ad aſylum quoddam confugit. Abeſt autem Bieleiezioro à Moſchouia 100. miliaribus, à Nouogrodia Magna totidem. *Bieleiezioro.*

IARISLAVIA DVCATVS.

Iarislavv, ciuitas & arx lignea, ampla, ad VVolgam fluuium ſita, 46. miliaribus à Moſchouia diſtat. *Iarislavv.*

ROSTOVVIA DVCATVS.

Roſtovv, ciuitas & arx lignea. Regionis caput, in qua Archiepiſcopus ſedem ſuam habet, à Moſchouia 34. miliaribus diſtat. Sita autem eſt ad lacum quendam, ex quo Colorea fluuius emergit, & Iaroslovvia præterlapſa in Wolgam illabitur. *Roſtovv.*

Vgliz. *Vgliz* ciuitas cum castro ad Wolgam fluuium condita, distat à Moschouia 24. miliaribus à Iareslouia 30.

Chlopigrod. *Chlopigrod*, ciuitas 2. miliaribus distat ab Vgliz, in ea celeberrimæ frequenter fiunt nundinæ, ad quas Sutenses, Liuonienses, Rutheni, Lithuani, Tartari, & aliæ quàm plurimæ gentes confluunt, omnes verò tantum permutatione rerum vtuntur.

Pereas-lavv. *Pereaslavv*, ciuitas & castrum, ad lacum quendam à Septentrione in Orientem reflectente sita est, à Moschouia 24. à Rostovv 10. miliaribus distat. Iuxta hanc est lacus quidam, ex quo sal copiosè decoquitur.

SVSDALI DVCATVS RVSSIÆ.

Suſdali. *Suſdali*, ciuitas & arx Episcopali sede clara, Rostovviæ & Wolodomiriæ adiacet.

Caſtromovvgod. *Caſtromovvgorod*, ciuitas cum castro, in confluxu Costroniæ & Wolgæ fluuiorũ sita est, 20. miliar. à Iarislovvia, Orientẽ ęstualem versus distat. *Galiez*, ciuitas & castrum in Moschouia in Orientem per Castromovvgorod euntibus occurrit.

VIATHKA REGIO.

Orlo. *Orlo*, ciuitas 4. miliaribus infra Chilionoram sita est.

Sloboda. *Sloboda*, ciuitas ad Rheczicza fluuium sita, qui ex oriente fluens in fluuium Viathkam influit.

Cotelnicz. *Cotelnicz*, ciuitas ad eundem Rheczicza fluuium sita.

PERMIA REGIO.

Permia. *Permia*, ciuitas ad Vischorum fluuium sita. 15. miliar. inde emensis ad Cumam fluuium exoneratur.

SIBIOR PROVINCIA.

Ciuitates & castra hîc nulla sunt.

PETZORA REGIO.

Pusteiezioro, castrum & oppidum in ostiis Petzoræ fluuii situm. *Pusteiezioro.*

Papinovvgrod, castrum & oppidum ad eundem & Foram fluuium situm. *Papinovvgrod.*

OBDORIA REGIO.

Obdi, oppidum ad fluuium Obdi dictum situm est. *Obdi.*

Calami, populi ab Obbi fluuio à parte sinistra ascendendo in campestribus degentes occurrunt. *Calami*

Zolota Baba, id est, aurea anus, idolũ est Moschorũ antiquissimum, de lapide excisum ad ostia Obbi fluuii situm. *Zolota Baba.*

CONDORA REGIO.

Ciuitates & castra hîc nulla sunt.

LVCOMORIA REGIO.

Hic nullę sunt ędes, sed homines in syluis & cãpis habitãt.

LOPPIA REGIO.

Homines huius Regionis in campestribus & syluis degunt; Tuguriola tantùm habent, quæ corticibus arborum cespitibusq; tegunt.

CEREMISSI, MORDOVOTES, ET Vachines populi.

Homines hîc longe lateq; in vastis syluis sine vllis ædibus habitant.

MOROVVA POPVLI.

Hîc populus in vastis syluis degit.

CASAN TARTARIÆ REGNVM.

Casan vrbs, totius regni metropolis ad Wolgã fluuium & Cazannam (à qua nomẽ sortitur) in vlteriori ripa constructa est. Arcẽ naturâ & oportunitate loci munitissimã habet, à Nouogrodia inferiore 70. miliaribus distat. Anno *Casan.*

M. D.

M. D. XXIV. die XV. Auguſti Moſchouitæ arcem incenderunt, intuenteq; Moſchorum exercitu funditus exuſta eſt. Attamen in tam facili occupandi caſtri occaſione Moſchouitæ ad expugnandum oppugnandumq; caſtri combuſti collem, ne accedere quidem audebant, Tartaroſq; id denuò ædificantes non impediebant, atq; ita deinde arx Tartarorũ ſtrenuâ opera Moſchouitorumq; negligentia reſtaurata eſt. Paulò tamen pòſt ab iiſdem Moſchouitis coacti ſunt tributum Moſcho pendere. Poſteà Caſanenſes mortuo Baſilio iterum iugum Moſchouitarum excuſſerunt, Ioannes tamen Baſiliades poſt 7. annorum bella, iterum ciuitatem cum arce ſubegit, anno Chriſti M. D. L I.

NOHAICENSIVM TARTARORVM CAMpeſtrium Ducatus ſeu Horda.

Scharayczik.

Scharayczik, ciuitas in Ducatu eiuſdem nominis Hordæ Nohaicenſiũ, vltra fluuium Volgam Orientem verſus.

Aſtrachã.

Aſtrachan, ciuitas opulentiſſima, in qua emporium celeberrimũ eſt, ad oſtia Volgæ fluuii ſita. Hæc vrbs vnà cum regno anno Chriſti M. D. LIIII. à Ioanne Baſiliade Moſchorum Principe ſubacta. Ad hanc ciuitatem vnà cum regno occupandam Sultan Zelim imperator Turcarum inuidiâ auaritiaq; prolatãdi imperii Tartarici ductus anno Domini M. D. LXIX. 20. Martii die ex Conſtantinopoli terra & mari exercitum ingentẽ Turcarum 25000. equitum & Ianiczarorum 3000. deſtinauit, naualis claſſis 150. Galeris & multis celocibus conſtabat. His demum omnes Hordæ Tartarorum Præcopenſium ex mandato Imperatoris adiunctæ ſunt 80000. equitum excedentes, ſicque

iunctis

iunctis viribus longissimo coq; periculosissimo campestri itinere, multis fluuiis & paludibus superatis ad Azoph peruenêrũt, omni commeatu prorsus consumpto. *Azoph* autem in ostiis Tanais fluuii Turcica arx sita est, ad paludes Meotidis, postea ad victum necessariis comparatis, omnis equitatus Turcicus & Tartaricus per Hordæ Tartarorum Nahaicensium & Circassorum quinq; montanorum tædiosissimo itinere sub Astrachan 5. Septemb. venerunt, 24. hebdomadis cum ineffabili famis & sitis angustia in via transactis, hebdomadam integram sub arce quicquam tẽtantes consumpserunt, aditum enim ad eam vasta V Volgæ circumluentis amplitudo prohibet. Intereà Moschouitarum aliquot millia aurora instante in nauibus & celocibus Turcas & Tartaros inopinata excursione magno impetu Duce Serebenii adoriuntur, multitudineq; eorum prostrata spoliis onusti armata manu incolumes in arcem redierunt: Tartarorum quoq; aliquot millia ad vnum trucidauerunt: vt nemo ex illis euaserit, qui sub arcem pabuli acquirendi gratiâ superato fluuio Volga excurrerant. Naualis quoq; Turcarum ille exercitus 150. Galerarum tormenta magna, pulueres bombardarios, commeatum, & alia belli expugnandiq; instrumenta vehens, cum aduerso Tanai ab Azoph ad montem Perevvloka dictum, 2. ferè mensibus transactis veniret, naueq; siue Galeros terra in instrumentis ad id pertinentibus per illum montem (qui miliaribus 7. à Tanai ad V Volgam fluuium magnum sub Astrachan fluentem distabat) transferre vellent Moschouitarum 15000. illos adoriuntur, 6000. Turcarum prostratos, & spolia & instrumenta multa, iam in terra exposi-

ta abstulerunt, reliqui vix ad naues affugerunt: huiusmodi insperata clade accepta ad Azoph redire coacti sunt, vndiq; eos Moschouitis persequentibus. In Azoph existentibus aliud infortunium accidit; pulueres enim tormentarii, quos in arce deposuerunt, igne forte adueniente, succensi sunt cum ingenti Turcarum & arcis damno, cæteri Constantinopolim petentes in paludibus Meotidis naufragio periêrunt: sed ad rem intermissam redeo. Tartari & Turcæ Astrachan frustrà cum quotidiana diminutione suorum obsidẽtes, de naualis classis, in qua spes eorum recumbebat, perditione audiẽtes, vndiq; hostis imminentis famisq; & sitis angustia pressi, coangustati & ad extrema redacti, 21. die Septemb. cum ingẽti dedecore damnoq; ire sanabili absq; vllo Moschouitarum detrimẽto obsidionẽ soluere coacti sunt. Ad Azoph 23. Octob. die venerunt, 5. hebdomadis in reditu, cum ineffabili periculosissimaque miseria, & intolerabili angustia transactis, per campestria enim desolata illis iter erat, vt nusquam pabulum acquire & pro equis reficiendis poterint. Moschouitę enim grate mina omnia passim succenderant & aqua interdum quinque diebus integris carebant, omnesq; ferè ex illo exercitu Turcico cum equis pariter fame & siti coangustati, miserè periêrunt: Quidã in paludibus Meotidis Cõstantinopolin repetentes aquis submersi sunt, ita vt 225000. equitum, 3000. Ianiczarorum, & 150. Galeris amissis, vix 2000. Constantinopolin redierint.

Schamachia. *Schamachia*, vrbs Tartarorum ad mare Caspium condita, quæ ab Astrachan 6. dierum itinere abest, ab ea tota Regio siue Horda Schamachia nuncupatur; hãc Rex Persarum

ſarum poſſidet. Incolæ autem huius regionis texendis Sericeis veſtibus excellentiſſimi ſunt artifices.

CRIMSCII ſiue PRÆCOPSCZI TARTARI campeſtres. Regnum Tauricæ.

Azoph, ciuitas Turcis tributaria, ad Tanais fluuii oſtia ſita. *Azoph.*

Crym, ciuitas in campis deſertis, inter Catzam & Aſtrachan regna Tartarorum ſita, hæc Regum Tauricæ olim ſedes erat, à qua Crymsken nominabantur. *Crym.*

Præcop, ciuitas in Taurica Cherſoneſo, ſita eſt; ſonat autẽ Præcop lingua Slauinica foſſam vel perfoſſum quid; ſumpto nomine ab Iſthmo, qui ſpatio mille ducentorum paſſuum perfoſſus eſt. Hinc Reges Tauricæ hodie vocantur Præcopskn. *Præcop.*

Capha, ciuitas inſignis, olim vrbs Theodoſia dicta, Genuenſium quondam iuris fuit, ſita eſt in Tauricæ Cherſoneſi ea parte, quæ ad põtum Euxinum vergit. Hanc ciuitatẽ emporium totius Aſiæ celeberrimum, Machometes Turcarum Imperator (expugnata Cõſtantinopoli) 14. annorum ſpatio obſidione premens, proditione quorundã Genuenſium largitionibus corruptorum, ſibi ſubiugauit. *Capha.*

Oczakovv, caſtrum & ciuitas, in oſtiis Boriſthenis fluuii ad pontum Euxinum ſita, quam Tauricæ Rex ademptam Lithauiæ Ducibus, cum Vitoldi tẽpore Lithuanorum colonia fuerit, tenet, Tartariq; Præcopenſes eam incolunt; Turcarum verò Imperatori nunc tributaria eſt, à Præcop ciuitate 40. milliaribus diſtat, ab Alba quæ Moncaſtro antiquis dicitur, vrbe Valachiæ ad fluuii Tyræ oſtia ſita, totidem, à Curcas verò oppido ad Boriſthenem condito, *Oczakovv.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

40. Ab hac ciuitate Tartari eã incolentes Oczakovvſczi dicuntur. Hîc ſæpè commorari ſolet Tauricæ Rex.

GROENLANDIA cum adiacentibus.

Alba. *Alba*, hic reperitur copia ingens butyri, piſcium, & pellium.

S. Thomas. *S. Thomas*, monaſterium eſt Dominicarum, ſitum ad radicem magni cuiuſdam montis, vbi fluuius calidus eſt miræ vtilitatis, cum eiuſdem ibi præſtet vſum, quem apud nos ignis.

ISLANDIA.

Oſtrabort *Oſtrabort*, hûc appellunt naues plurimæ, ob maximam quantitatem piſcium, qui ibi capiuntur optimi.

Schaholdin. *Schaholdin*, metropolis eſt Islandię, apud quam fluuii ſunt naturæ omnino contrariæ, quorum alii abducunt aquam calidam, alii frigidam, alii amaram, alii dulcem.

FRISLANDIA.

Frislandia. *Frislandia*, ciuitas principalis eſt.

LAPPINA vel LAPPIA.

S. Andreas. *S. Andreas.* Hîc reſidet ſuffraganeus Archiepiſcopi Vpſalenſis.

GENTIA.

Ouichen. *Ouichen*, celebris eſt; hîc nundinæ ſunt inſignes, menſe Maio, ad lacum tunc temporis ingelatum.

BIARMIA.

Starigur. *Starigur*, in locis mediterraneis ſita eſt.

Nordamberg. *Nordamberg*, ciuitas cum præſidio continuo contra Rutenos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CIVITATVM PRAECIPVARVM TOTIVS ORBIS PARS SECVNDA.

NATOLIÆ BELERBATVS.

Algirum. ALgirum, ciuitas olim celebris ob templum Dianæ.

Chalcedon. *Chalcedon*, hodie Scutari, antiquitus frequentata ab Imperatoribus Græcis.

Spiga. *Spiga*, olim Zizigum, celebris insigni Echo, vbi Poetæ fingebant Nympham conuersam in saxum.

Troia. *Troia*, huius reliquiæ aut potius vestigia ab incolis ostenduntur. Hæc præ omnibus aliis à Poetis fuit celebrata. Nec vlla celebris ferè reperitur ciuitas in Europa, quæ nobilitatis ergò originem suam non deducat à Troia, tanquam si ab ea orta esset omnis gloria vniuersi mundi.

Smirna. *Smirna*, ciuitas mercaturâ celebris: hęc licet à Barbaris sit habitata, tamen gloriatur de Homero tanquam suo, cuius etiam sepulchrum cum Epitaphio Græcis literis descripto ostendunt. Ciuitas magni momenti. Hîc residet Sangiacus quidam.

Siuriasser. *Siuriasser*, Sangiacum habet.

Figena. *Figena*, olim Ephesus, extructa ab Epheso, vna ab Amazonibus, celebris templo Dianæ, in cuius ædificatione

laborauit tota Græcia 30. annis. Huic templo ob excellentiã Xerxes Rex pepercit, licet inimicus esset omnis religionis. Combustũ tandẽ ab Crisistrato nominis propagandi gratia. Hic refugium erat insigne delinquentium, auctũ posteà ab Alexandro Magno, ablatum verò ab Augusto. Celebris philosopho Heraclio, Parmenide, Democrito, Pythagora, qui in hac ciuitate Philosophiam docuerunt.

Palatia. *Palatia*, ciuitas vna ex maximis Natoliæ.

Melissus, antiquis Miletus. *Melissus*, antiquis *Miletus*, olim celebris atq; ex præstãtissimis Asiæ, quæ cùm citò præstantiã amitteret, præbuit occasionẽ prouerbii huius: *Fuerunt strenui olim Milesii.* Hic celebre fuit erectum templũ Deæ Cereri. Hinc oriundus Thales Astrologus, Timotheus Musicus, Anaximander Physicus, qui primi Philosophiã à Barbaris transtulerunt in Ioniam. Hic lana est præstantissima, ex qua tapetes omnes per Italiã, Poloniam, &c. celebrari solent, parantur.

Cacauus antiquus Alicarnassius. *Cacauus*, antiquis *Alicarnassus*, celebris olim propter sepulchrum Reginæ Artemisiæ, in honorem mariti Mansoli; cuius adhuc supersunt aliquæ reliquiæ. Patria est Herodoti Historiographi celeberrimi.

Tabia. *Tabia*, hic panni eius, qui vocari solet *Tabi*, magna conficitur copia.

Gnidus. *Gnidus*; hic celebre fuit Deæ Veneris templũ.

Fiscum. *Fiscum*, optimum habet portum, metropolis Brichiæ, antiquitus dictæ Litiæ.

Pergamũ. *Pergamum*, hic Rex Attalus regnauit, qui primus dicitur Romanis præbuisse vsum scribendi in membrana, cũ anteà scriberent in corticibus arborum, & tabulis cereis. Hinc quoq; oriundus Galenus Medicus celeberrimus.

Nicea. *Nicea*; Hic Turcæ disiecti sunt à Godefrido Bolionæo.

cùm

cùm ad Terram Sanctam recuperandam contenderet. Hic quoq; concilium fuit celebratum contra Arrium.

Beazar, hic fontes scaturiunt salsissimi. *Beazar.*

Angori; hic pannus, vocatus *Zammelot*, conficitur præstantior, quàm in vllis aliis locis Orientalibus. *Angori.*

Magresia, hic residet Sangiacus. *Magresia.*

Cutea, olim *Iuliopolis*, caput Galatiæ. Hic residet Belerbeus Natoliæ, ad quem Turcarum Imperator mittit filios ad militarem artem exercendam. *Cutea.*

Bursia, ciuitas, vicina monti Olympo, Metropolis Bytiniæ. Extructa ab Annibale ibi extante. Hic Turcæ primùm constituerunt sceptrum sui imperii. Hic panni conficitur magna copia. Optima hic extructa Muschea in honorem Ottomanni I. Turcarum Imperatoris. *Bursia.*

Sinope, hic à Turcis maxima emitur æris copia, claraque est ob Mitridatem, qui 22. norat linguas. *Sinope.*

Trapezuntium, hodie regitur à Sangiacco, olim princeps huius loci vsus est titulo Imperatoris. *Trapezũtium.*

Amasia, hic residet Belerbus huius regionis: olim præerat Metropolitanus quidam, vtranq; potestatem habens ecclesiasticam & secularem. *Amasia.*

Tascia, celebris ob victoriam, quam contra Techellum Persam obtinuit Iunus Bascià. *Tascia.*

Toccatum, *Suuas*, *Ianicum*, *Chormum* } ciuitates insignes sunt, quarum singulis præest Sangiaccus. *Toccatũ Suuas Ianicum Chormũ.*

CARAMANIÆ BELERBATVS.

Satalia. *Satalia*, ciuitas valdè illustris, intra sinum Attalicum. Hîc resident Sangiacus, conficiunturq; tapetes excellentes.

Satalia antiqua. *Satalia* antiqua, iuxta prȩcedentem reperitur, magna ex parte vndis submersa.

Candelona. *Candelona*, ab aliis Scandaloro; hîc ante aliquot annos residebat Princeps Turcicus, ab Ottomanicis eiectus.

Curcum. *Curcum*, fortalitium est è regione Famagustæ.

Iazza. *Iazza*. Hîc resident Patriarcha Armænorum.

Cognum. *Cognum*, olim *Iconium*, metropolis Licaoniæ. Hic residet Belerbus huius regionis, conficiunturq; tapetes exlana tam excellentes, vt ex serico factæ videantur.

Laranda. *Laranda*, ciuitas satis illustris, in qua antequam ab Ottomanno destrueretur, residebat Princeps Caramanię Sita est in monte Cortestani. Valdè munita.

Tarsus. *Tarsus*, hîc olim floruérunt studia: hanc quoq; ciuitatem ornauit D. Paulus Apostolus.

Anchiola. *Anchiola*; hîc sepulchrum fuit Sardanapali vltimi Regis Assyriorum, cum Epitaphio, *Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas*: hodie reliquiæ ciuitatis tantum supersunt.

Tiana. *Tiana*, huius etiam tantùm videntur reliquiæ: hîc natus est Apollonius Tianæus Philosophus & Magus.

ANADAVLIÆ BELERBATVS.

Maras. *Maras*, olim Mœtica. Hîc resident Belerbus huius regionis.

Adana. *Adana*, hîc sedem habet Sangiacus.

CYPRVS INSVLA.

Papphus. *Papphus*, hîc olim adorabatur Venus in forma vmbilici,

lici, atq; circumcirca non pluebat: quod Diabolicis illusionibus ascribendum est.

Famaugusta, ciuitas magni momenti, portum habet optimum: Nec alius in tota insula est præter hunc. Antiquitus dicta fuit *Salamina*. Hæc semper restitit per mare & per terras, viribus Turcarum, tandem ob defectum munitionis coacta fuit sese tradere Mostafa eorũ generali, qui cõtra pacta insignẽ in hac ciuitate exercuit tyrannidem. *Famaugusta.*

Nicosia, in mediterraneo loco sita: antequam à Turcis vastaretur, ciuitas fuit valdè illustris, & plena equitib. *Nicosia.*

SYRIA hodiè SORIA.

Soldina, olim *Seleucia Pieria*, non longè sita à fluuio Farfaro, dicto Oronte. *Soldina.*

Tripolis; hîc resident Patriarcha Maronitarum: Emporium insigne, ad quod omnes merces deferuntur ex Oriente, regitur à suo Sangiacco. *Tripolis.*

Barutti, ciuitas magnæ negociationis, hîc tempore Imperatorum Christianorum, floruit studium LL. Romanorum. Hic quoq; S. Georgius interfecit Draconem. *Barutti.*

Sidon, celebris ciuitas apud antiquos, ob vitri artificium: Hic Saluator mundi sanauit filiam Chananeæ. *Sidon.*

Sor, olim *Tyrus*, antiquitus valdè celebris, inexpugnabilis penè erat, vt expertus est Alexander Magnus: Hic quoque tingebatur purpuræ ingens quantitas. Fuit Romanis fidelissima, vnde meruit à Seuero Imperatore priuilegium libertatis, instar ciuitatum Italiæ. *Sor*, olim *Tirus.*

Acris olim *Ptolomais* hic propter templum S. Sabbæ orta est lis inter Venetos & Geneuẽses, quæ causa fuit, vt Mahumetani in hisce regionibus dominatum acquirerent. *Acris.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tachia. *Tachia*, olim *Antiochia*, à Rege Antiocho, qui ciuitatem hanc post mortem Alexandri Magni restaurauit, cùm anteà vocaretur *Reblata*. Hîc olim viguerunt studia Græca & Syriaca: Fuitq; ciuitas vna ex maximis totius mundi. Hîc S. Petrus primùm sedem fixit. Hîc quoque primum concilium celebratum. Hîc residēt Patriarchæ duo, quibus obediunt multi Christiani Asiatici.

Aleppum. *Aleppum*, emporium excellens, ad quod omnes merces deferuntur, quæ Damascū aduehi solebant: alluitur ramo vno fluuii Eufratis, quem eò adduxit quidam ex Sultanis eorum. Hodie hîc residet Bascia quidam.

Sardinalis. *Sardinalis*, à Christianis solis colitur. Hic cum magna deuotione inuisitur imago B. Virginis, nō tantùm à Christianis, sed etiam à Mauris; quia cùm exudet continuò liquor, is effectus producit abmirabiles.

Damascus. *Damascus*, metropolis Syriæ, pulcherrima totius Orientis, antiquissima, hortis pulcherrimis cincta. Hic residet hodie Belerbus, qui & huic regioni præest vnà cū Iudæa: anteà regebatur à Califis, atq; olim à Regibus Syriæ.

PALESTINA siue TERRA SANCTA.

Cesarea. *Cesarea*; hic Angelus percussit Regem Herodem, & S. Petrus baptizauit Cornelium centurionem.

Zapphus. *Zapphus*, olim Ioppe portum habet insignem, ad quem appellunt peregrini, qui ex nostris regionibus proficiscuntur in Terram Sanctam. Hāc ciuitatem existimârunt nōnulli antiquorum fuisse primam totius mundi, sed falsò. Hîc olim adorabatur Dea Atargatæ in forma piscis, ideoque antiqui Syri non vescebantur piscibus. Hic etiā

Andromeda filia expoſita fuiſſe traditur Orco marino, licet alii putent id factum fuiſſe in Æthiopia.

Aſcalon; hic Sampſon plurimos occidit homines. *Aſcalon.*

Gazara, reſtaurata eſt ab antiquis Perſis. Hic Sãpſon noctu portas ciuitatis abſtulit. *Gazara.*

Sebaſte, caput Samariæ: hic propè ciuitatem peregrinis oſtenditur puteus Iacob, vbi Saluator noſter Samaritanam allocutus eſt. *Sebaſte.*

Neapolis, Hic concilium celeberrimum fuit tempore Regis Balduini. *Neapolis.*

Arcas, Hic fluuius Sabbatarius magnâ furiâ & ſtrepitu aduexit 6. diebus continuis lapides, quieſcens ſolummodò in Sabbato: qui curſus poſt Euangelium ceſſauit. *Arcas.*

Safet, ciuitas magnæ negociationis, à Iudæis habitata, qui ibi inceperunt optimos pannos conficere ex lana, quâ abundat hæc Regio. Nituntur quoque vſum antiquæ purpuræ, quæ tingebatur Tyri, inuenire. *Safet.*

Tabaria, olim *Tyberias*, ad lacum, vbi Chriſtus Diuinitatem ſuam oſtendit, ventis imperans. Hæc ciuitas à Selim II. data eſt matronæ cuidam Iudææ, dictæ Gratiola, ad inhabitationem Iudæorum, ex locis diuerſis. *Tabaria, olim Tyberias.*

Naim; hic à mortuis reſuſcitauit Saluator noſter filium viduæ. *Naim.*

Seforum, hinc originem traxit S. Anna. *Seforum.*

Betſaida; hic Saluator mundi maximam multitudinem hominum pauculis panibus ſaturauit. *Betſaida.*

Candelara, hic erumpunt optimæ thermæ. *Cãdelara*

Caſarnaum; hic plurima miracula fecit Saluator noſter. *Caſarnaum.*

Ebron. *Ebron*; hic antiqui patres elegerunt locum sepulturæ; narratq; Biniamin, visitari ibi à Iudæis & Mahumetanis sepulchrum Abrahami, supra quod nocte & die ardet lãpas. Circa hanc ciuitatem Cain occidit fratrem suum Abel, vnde adhuc terra ipsa rubedinem seruat.

Hiericon. *Hiericon*, huius muri ceciderunt ad sonum tubæ Iosuæ. Antiquis ciuitas fuit celebris ob pretiosissimum liquorem Balsamum.

Betulia. *Betulia*, hic Iudith occidit Holofernem.

Nazareth. *Nazareth*, hic B. Virgo salutata ab Angelo, concepit verbum æternũ IESVM CHRISTVM, Saluatorem mundi.

Rama. *Rama*, hic maxima crudelitate occisi sunt pueri innocentes.

Bethlehẽ. *Bethlehem*, hic natus est Saluator mundi IESVS CHRISTVS æterni Dei filius, verus Deus & homo.

Betania. *Betania*, hic Lazarus quadrituanus à Saluatore nostro à mortuis resuscitatus.

Nicopolis olim Emaus. *Nicopolis*, olim *Emaus*, vt volunt nonnulli; hic apparuit Christus in forma peregrini duobus discipulis.

Hierusalem.

Hierusalẽ *Hierusalem*, hodiè à Turcis vocatur *Gozum Berech*; Extructa putatur hæc ciuitas à Melchisedech. Celebris fuit olim ob Prophetas, Reges antiquos, Templũ Salomonis, miracula plurima, quæ Deus ibi ostẽdit. Hodiè hic visitur sepulchrum sanctum, in quo Saluator mundi sepultus fuit. Huc præter Hebræos & Mahumetanos Templũ Salomonis aut potius Muscheam cuiusdam Califæ visitãtes, cõcurrunt omnis generis Christiani, vti Latini, Græci,

HIERVSALEM.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Armeni, Gregoriani, Neſtoriani, Iacobitæ, Syri, Indi, Nubici & Abaſſini, quorum ſinguli ſuas hic habent capellas ſumptuosè extructas, viuunt autem Chriſtiani ſub tributo, quod Turcis pendunt quàm maximum ſingulis annis. Hic quoq; ſingulis annis in hebdomada Sancta magnum illud cernitur miraculum noui luminis, dũ lampades, quę ardebant, extinguuntur. Nam hora reſurrectionis Chriſti iterum omnes accenduntur, in ſacellis Chriſtianorum. Varia nomina habuit hæc ciuitas, inter quæ *Luza*, *Iebus*, *Salem*, *Hieruſalem*, *AElia*, ruinã paſſa ab Aſſyriis, Ægyptiis, Chaldæis, Macedonibus, Romanis, Perſis & Saracenis, à quibus cùm vltimò recuperata eſſet opera Godefridi Bulhonæi, conſtitutaq; caput regni; poſteà capta fuit à Saladino Sultano Cayri, demum operâ Selini I. venit ad imperium Turcarum, non ſine ignominia Principum Chriſtianorum.

CHALDÆA.

Cuſa. *Cuſa*, à Mahumetis dicitur *Maſſalle*. Hic feſtiuitatem Mahumeti celebrant, non legislatoris, ſed alterius, quem vocãt Mohalim, hoc eſt, conſolatorem, cui offerunt quotannis vnum equum ornatum auro & gemmis, tantâ pompâ, vt maiorem videre non ſit in toto orbe, credentem eum prophetam, atq; adhuc viuentem.

Horco. *Horco*, anteà *Hur*, hic dicitur Ahrahamus nolens adorare ignem, proiectus in ardentem fornacem, vnde illæſus per diuinum miraculum egreſſus eſt.

Bagaded vel *Babyloniæ*.

Bagaded. *Bagaded*, reliquiæ ſunt antiquæ Babyloniæ, quã Turcæ

vocant

vocant *Satyroi*; Hic turris illa excelsa à Memnon ædificari cœpta, confusio linguarum orta. Horti quoq; pensiles à Semirami extructi. Adeo autem fuit dives hæc ciuitas, vt Rex Persarum, postquam à Cyro subacta fuit, tantum ex

hac sola ciuitate reciperet, quãti valebat tertia pars redituum ipsius regni. Hic olim floruit Philosophia & Astrologia. Superata & capta fuit ab Alexandro Magno, postea venit ad Parthos, hinc destructa à Persis, deinde 18. auri millionibus restaurata à Bugiafar Califa, inde expugnata ab Allao Tartaro, qui & ibi occidit Mustacem Monbilam vltimum Califam. Hodie hic residet quidã Bascia ex parte Turcarum, sed cum iurisdictione alterius cuiusdã, qui sibi etiam arrogat titulum Califæ.

DIARBECCÆ BELERBATVS SIVE MESOPOTAMIA.

Caramit, ciuitas magni momenti, olim habuit muros *Caramit.*

ex nigro

ex nigro lapide constructos, vnde & illi nomen; postea verò restaurati sunt à Solimanno lapidibus albis. Hæc ciuitas est valdè populosa, habitataq; à Christianis Græcis, Armenis, Nestorianis, Iacobitis, retinentque adhuc cãpanas in tẽplis, quibus vsi fuerunt à temporibus Balduini.

Madrin. *Madrin*, ciuitas magna, circuitum habens 4. milliarium, hodie subest suo Sangiacco, residetq; hic Patriarcha Chaldæorũ, qui anteà resedit Antiochiæ, cui subsunt prælati quàm plurimi. Hi celebrant missam lingua Chaldæa, & in pane azymo aliquibus tantùm ceremoniis à Romana differentem. Hi non negant primatum pontificis Romani, sed quia subsunt infidelibus, tantumq; à nobis distant, ideò ei obedire nõ possunt. Hic quoque non ratò residet Patriarcha Græciæ, qui etiam Damascũ migrat sæpè, cui cum multis Episcopis obedit Metropolita Georgianorũ.

Asencefa. *Asencefa*, ad ripam Tigri fluuii, hic residet Bolerbus, qui etiam sæpè migrat Caramit. Pontem habet valdè altum, ita vt quantuscunque sit vir is, qui in imo pontis sit, appareat iis, qui in suprema pontis parte versantur, instar pygmæi.

Nisibin. *Nisibin*, forsan *Ninive*. Hic Ionas prædicauit destructionem ciuitatis. Antiquis longa scribitur fuisse dierum itinere. Iam castellum est exiguum.

Orfa. *Orfa*, ciuitas illustris, cum suo Sangiacco, vocata fuit *Carre*. Huc fugit Abraham fugiens ex Hur. Hic quoq; obiit M. Crassus, dum contra Parthos pugnaret. Hic Mauri extruxerunt Muscheam valdè pulchram, sub nomine Patriarchæ Abrahami. Prope hanc ciuitatem oritur fons, quẽ Mahumetani vbique vocant aquam Abrahami, qui ab

Orien-

Orientalibus dicitur omnes, qui cum deuotione cum ingrediuntur, curare à febre: præterea & puteus ibi esse scribitur, qui à lepra curat eos, qui in die quinquies sese aqua eius lauerint.

Rochais, antiquitus *Edessa*, hîc olim regnauit Zenobia Regina. *Rochais.*

Sumiscasach, admirabile & totius Orientis fortissimum habet castrum. *Sumiscasach.*

ARMENIA MAIOR siue TVRCOMANIA.

Essechia, antiquis dicta *Artasata*, olim Metropolis. *Essechia.*

Van, anteà ciuitas ampla, posteà à Tartaris destructa, posteà ab iisdem suis inhabitata, deinde tributaria extitit Persis: hodiè Turcis subest, vbi etiam insigne est cõtra Persas præsidium Turcarum, residetque hîc Belerbus. Sita est prope paludem Martianam, in qua tempore Quadragesimæ magna est copia piscis Tarichii, qui siccatus ad diuersas Oriẽtis partes defertur; cùm reliqua parte anni nullus planè ibi reperiatur: quod consideratione non caret. *Van.*

Arminig, metropolis Armeniæ, habitata omninò à Christianis. *Arminig.*

ASSYRIA siue ARZIRI BELERBATVS.

Serta, ad ripam fluuii Tigris sita est. *Serta.*

Arzerum, metropolis est Assyriæ: hîc residet Belerbus huius regionis, cui continua certario cum Persarum Rege. *Arzerum*

Arbella, hîc Darius victus fuit ab Alexandro Magno. *Arbella.*

Mosal, ad oram fluuii Tigris: Hîc residet Patriarcha Nestorianorum, qui magnum habet dominium in India *Mosal.*

& Catalo, creatque ibi duos Metropolitanos aut Patriarchas cum pluribus Episcopis.

SERVIA siue MEDIA.

Bacca. *Baccu*, ciuitas maritima, vnde nomen Mari Caspio, magnæ negociationis: huc plurimę naues appellũt ex Media.

Seruan. *Seruan*, ciuitas insignis, in qua magna conficitur seri ci copia, quæ deinde per Rusciam̃ dispergitur, & Orientem ferè vniuersum.

Sumachia *Sumachia*, ciuitas valdè celebris, metropolis Sumachiæ, quæ anteà habuit suum Principem peculiarem.

Soltania. *Soltania*, anteà *Trigrinocreta*; hîc pulcherrimum est Mahumetanorum templum (solent autem templa sua Moscheas appellare) vnde propter eius mirum ornatum non fuit à Tamurlano vastatum.

Arduin. *Arduin*, patria Ismaëlis Sophi.

Tabris. *Tabris*, corruptè dicitur *Tauris*, extructa ab Arsafat, in Oronte monte, posteà à Seleuco restaurata. Metropolis est Imperii Persarum. Olim vocata est *Echatana*. Hîc excellentissimi sunt omnium rerum artifices, vnde Solimanus, cùm eam cepisset, bonam partem duxit Constantinopolim. Hîc palatium est Astibisti admirabile extructum à Rege Assambeo ad similitudinem antiquæ aulæ Cyri. In hac depicta sunt plurima gesta Regum Persiæ. Hæc enim gens à picturis non abstinet, vnde etiam hic vigẽt Mathematicæ disciplinæ. Hîc Rex Persarum Sophi dictus sedem suam figit.

Merent. *Merent*, ciuitas ampla, antequã à Tartaris esset vastata.

Arcadenò. *Acadenò*; huius incolæ magna ex parte sunt Armeni, & Christiani catholici.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cuerche, hîc fons est, qui lepram curare dicitur. *Cuerche.*

Straua, celebris ciuitas ob mercatorum copiam ex oriente concurrentium, tam Mahumetanorũ, quàm Christianorum ex Moschouia, distrahiturq; hinc magna copia Serici per Tartariam & Russiam; præterea & hic orizæ magna colligitur copia. *Straua.*

Nirmedon, ad fauces fluuii Tensi. *Nirmedõ.*

Coraẓẓan, minor anteà *Hircana*, hîc anteà proprius Rex sedem habuit, qui à Sabba Tartarorum Imperatore disiectus mouet bellum Regi Persarũ, a quo victus capite truncatus est. *Coraz-zan.*

GEORGIANO REGIO.

Tiflis, ciuitas non valdè remota à flumine Arais, qui nauigabilis est, exoneraturq; in mare Bacù. *Tiflis.*

Bascapan, hîc solet residere Princeps, qui anteà Persæ, nunc verò Turcæ est tributarius. *Bascapan*

MENGRERIA siue COLCVS.

Aluati, ciuitas anteà magnæ negociationis. *Aluati.*

Fassum, ad fauces fluuii Fasi, celebris apud Poëtas per nauigationem Iasonis, aureumq; vellus. *Fassum.*

CIRCASSIA.

Coppa, anteà *Rombite*, in hanc ciuitatem copia deferri solet mancipiorum venalium. *Coppa.*

Cromuchum, in mediterraneo loco situm est. *Cromu-chum.*

ALBANIA siue ZVRIA.

Schamacha, hîc serici conficitur magna copia. *Schama-cha.*

Derbent, olim *Alexandria*, iacet ad portas Cancaseas, quas alii non rectè vocauere Caspias. *Derbent.* olim *Alexãdria.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ARABIA PETREA.

Catharinæ monaſterium.

Catharinæ monaſterium in monte S. Synai, in hoc monachi ſunt S. Baſilii, qui ſingulis annis cum maxima deuotione celebrant feſtum Glorioſæ virginis Catharinæ, ardentque continuò tredecim lampades ante altare. Hîc corpus quieſcit huius virginis.

Arach.

Arach, anteà dicta *Petra*: hîc adhuc aliquæ ſuperſunt reliquiæ Chriſtianorum à cingulo denominatorum.

Herorum.

Herorum, ciuitas olim magnæ negociationis, dũ floreret Ægyptus, celebris vniuerſo mundo, cùm vndiq; ex Oriente eò veherentur merces: ſita eſt ad ſtrictũ Sues dictum.

ARABIA FOELIX.

Imbum.

Imbum, ciuitas magnæ negotiationis, in qua exonerantur omnes merces, quæ Mecham vehũtur, tam ex Occidente, quam ex Oriente.

Medina.

Medina, à Mauris dicta *Talnabi*, quaſi *Prophetæ ciuitas*, celebris apud Mahometanos, ratione fugæ & ſepulchri Mahometis. Eſt autem Mahometis ſepulchrum nõ in aëre ſuſpenſum (vt vulgò fabulantur) ſed in terris catenis vinctum, ne forſan rapiatur ab aliquo. Non eſt autem in Mecha, vt communiter dicunt, Mahometi ſepulchrum.

Danchali.

Danchali, prope hanc ciuitatem eſt mare arenoſum ſiue ſabuloſum, iuxta quod proficiſcẽtes mercatores vtũtur pixide nautica, tanquam ſi per mare periculoſum profiſciſcũtur. Et reuera patiuntur pericula plurima, debentq; ſupra camelos certis ciſtellis incluſi vehi, in quib. exiſtẽtes aërem hauriunt per foraminula. Quod ſi ventos habeant aduerſos, ſubmerguntur omnes homines arena.

Mecha,

Mecha, ciuitas illuſtris, magnæq; negociationis, templum & turrim habet Abrahamo attributum. Hîc aqua eſt Abezzazon, quam ſanctam exiſtimant, quia ex ea bibit Agar. Hanc ciuitatem ſanctam exiſtimant Mahometani, ideóq; à nullis niſi Mahometanis eam videre licet. Itaque Chriſtianis aliiſq; cuiuſq; religionis hominibus, etiam totam Orientem peragrandi poteſtatem habẽtibus hanc ciuitatem ingredi eſt capitale. Lapis quoq; hic oſtenditur ab eorum Sartonibus, in quo dicitur Agar ſediſſe: atq; ab hoc fingunt lapide Mahometem volaſſe in Paradiſum, ideoq; à multis peregrinis Mahometanis hæc viſitur ciuitas. *Mecha.*

Sana, ciuitas non vulgaris eſt. *Sana.*

Damarcana ciuitas, aërem habet optimum, eſt ex pulcherrimis Arabiæ. *Damarcana.*

Zibitta, Regem habet proprium, qui hodiè tributarius eſt Turcæ. *Zibitta.*

Adem, ciuitas, principem habuit propriũ, qui per fraudẽ occiſus eſt operâ Solimanni Belerbi Cairenſis, qui ciuitatẽ occupârat, cùm antea eſſet Luſitanorum: hodiè ſubeſt Motoar Regi de Hieman, qui eam cepit à Selim II. Hæc ciuitas clauis eſt huius Orientis, magnaq; in ea mercatura aromatum & Zibetti. *Adem.*

Fartasum, regem habet proprium. *Fartacũ.*

Calaiate, in regno Motoar, huc mercatores maximam ducunt quotannis multitudinem pro India. *Calaiate.*

Gubelchama, hîc reſidet Rex. *Gubelchama.*

Amanſifilirina, proprium habet regem. *Amanſifilirina.*

Alibinali, metropolis ſuæ regionis. *Alibinali.*

Moffa, ciuitas regia eſt. *Moffa.*

Lazzach. *LaZZach*, hîc magna negociatio equorum, & aquæ rosaceæ, quæ vehuntur in India.

ARABIA DESERTA.

Bassora. *Bassora*, anteà Regem habuit, Lusitanis tamen subiectum; Iam præsidium hîc habet Turca, cùm aliquot triremibus: quæ aliquando ad Ormus vsq; excurrunt.

CVSSESTAN, REGNVM CVSÆ, olim Susiana.

Saura. *Saura*, sita ad sinum Cenosum.

Susa. *Susa*, hîc olim hyberno tempore resederunt Reges Persiæ.

Cusa. *Cusa*, hinc nomen regno impositum.

PERSIA.

Siras. *Siras*, anteà Persepolis: Metropolis tam olim quàm hoc tempore ipsius Persiæ; Hic residebat Persiæ Princeps, quem Græci citra aliud adiunctum vocabant excellentiæ gratiâ τὸν βασιλέα. Hanc ciuitatem Alexander Magnus incendio destruxit; posteà verò cùm eũ facti pœnituisset, iterum eam secundum formam pristinam restaurauit. Maxima est omnium ciuitatum, quas hodiè Mahometani in oriente possident: licet non tam sit vasta & ampla, quàm fuit olim, quando Persæ statuunt eam maiorem Cayro: Hic arma militaria conficiuntur optima totius vniuersi, cùm chalybem temperent certarum herbarum succis excellentissimè. Huc etiam appellit conductus carrorum ex Samarcandia vehentium Sericum, Muscum, Rhabarbarum. Mulieres hîc sunt pulcherrimæ & delicatissimæ, maximeq; pomposæ: ideoque Persæ affirmant Mahumetem

huc

huc nunquam venire voluisse, timens, se ad infernum descensurum, quod sciret, se à mulieribus abstinere nõ posse.

Chiminar; hic reperiuntur picturæ excellentissimæ, quæ videntur esse veteris testamenti. *Chiminar*

Saua, metropolis suæ regionis. *Saua.*

Beschent, supra montem altissimum; hic veluti in ciuitate Siracensi conficiuntur optima arma, & hinc adfertur certum genus ferri, quo argentum & aurum trahitur. *Beschent.*

Lara, suum habuit Melich, qui titulus est respondens ferè apud nos Marchioni. Licet hoc tempore proprium dicatur habere Regem. *Lara.*

CHIRMAIN siue CARMANIA.

Ormutz, in insula eiusdem nominis, antiquo idiomate Persico significat Dactylum. Hic solebat negociatio esse q̃ maxima ex Cina, ita vt inde aliquando XL. naues onustæ aromatib⁹ siue specieb⁹ medicamẽtisq; veherẽtur. Qui Cinenses tunc temporis negociationem habebant totius Orientis; Neq; tamen hodiè hæc ciuitas, quando Lusitaniæ Regi subiecta est, omninò ab antiqua negociatione defecit: Cùm Corazzones ex Cataio vehant huc Rhabarbarum & Muscum: Assyri hodiè Azemi dicti, pannos sericeos quàm plurimos. Eracenses & Mauri omnia aromata & Drogas ex India. Lusitani demum Coralli & panni scarlati copiam magnam. Hinc dicunt Mahumetani, si mundus esset annulus, tunc Ormum fore eius gemmam. Hic residet Dux belli, qui sinum Ormucensem tutatur ex parte Regis Lusitaniæ: Licet & ibi proprius sit Rex. *Ormutz.*

Chirmain

Chirmain: Hîc maximi totius orbis confic iunturpanni aurei & argentei. Prætereà dicti Scimitarre, quas Turcæ vocant Chirminas, apud Orientales in tanta æstimatione, vt eos ad pondus auri vendant. Olim dicta hæc ciuitas est Carmania: Principem habet potentẽ, sed subiectũ Persæ.

Gadel.

Gadel, vna ex præcipuis ciuitatibus huius tractus, magnæ negociationis, cùm omnes merces orientales hinc deferantur in Persiam.

Macran.

Macran, Regem habet, sed Persæ subiectum.

Cobinam.

Cobinam, hîc optima conficiuntur specula.

ERACH siue PARTHIA.

Iesdi.

Iesdi, hîc magna conficitur Serici copia, ita vt toti ferè Orienti subministret illud. Imò affirmatur à quibusdam mercatoribus nullam transire diem totius anni, quòn on elaborentur plures quàm libræ serici mille: Hinc Angli deferunt copiam magnam serici albi, quod præ sua tenuitate non potest alteri generi panni seruire, quàm aureo & velis.

Hispaam.

Hispaam, anteà *Hircatompile*, ciuitas principalis. Olim Regia fuit ciuitas, celebris ob plurimas portas. Huc concurrunt plurimi mercatores Droges & aromata deferentes ex India. Ciuitas hæc muros habet ex Creta, non valdè fortes, ideoque resistere bombardis (quorum vsus ibi incipit) nequientes.

Gnerde.

Gnerde, incolæ gloriantur, se originem habere ab Abrahamo Patriarcha.

IESSEL siue MARGIANA.

Saras.

Saras, ciuitas magnæ negotiationis, sita ad latus fluuii Eufratis.

Indion, olim Alexandria Margiana, ciuitas pulcherrima. Huc misit Herodes Rex Parthorum Romanos quos captiuos cepit, quum M. Crassum bello superauit. Hodiè hic viget mercatura, ita vt sit ex celeberrimis huius tractus. Hic valdè colitur & potitur lingua Arabica, qua vnà cum Chorazzanis mirè delectantur Iesselenses: licet ipsi idioma habeant peculiare. *Indion.*

Marum, vicinum paludi Ossianæ; hic Ismael Sopsi contra Sabam Chan Regem Tartarorum insigni potitus est victoria; profligans eum cum toto exercitu. *Marum.*

CHORAZZAN olim BACTRA.

Chorazzan, ad fluuium Mesoram, diuersa ab ea, cuius suprà meminimus. Dicta à populis Charazzanensibus, qui venientes ex Scythiæ regione dicta Chorazan Indiæ vicina, ante Tartaros subiugarunt magnam Asiæ partem: posteà verò à Tartaris fuerunt deuicti & superati. Hæc magnam passa est ruinam à Sultano de Bagaded, posteà restaurata. Proximis annis elapsis iterum magnam cladem passa est ab ipso Sophi. *Chorazzan.*

Istigias, anteà Carispa, hæc pulchritudine propter concursum variorum mercatorum & situm amplissimum, vincit omnes reliquas huius partis Orientalis ciuitates. *Istigias.*

Budasan, olim Bactra, ciuitas celeberrima, in Oriente. Mulieres hic pulcherrimæ deditæ pompæ & ornamentis. *Budasan.*

ERIA.

Eri, Persis dicitur Sargulzar, hoc est, ciuitas rosarum, quarum hic ingens copia colligitur. Metropolis est regionis. Hic vili permutatione venditur Rhabarbarum, Muscus & radix Chinæ. Huc singulis annis appellit cõductus. *Eri.*

carrorum tum Anglicanus tum Cataiacensis. Hîc residet Satrapa ex parte Sophi.

SIGESTAN anteà DRANGIANA.

Sistan. *Sistan*, ciuitas insignis, olim dicta Proplasia. Hîc residet Satrapa ex parte Sophi.

Sige. *Sige*; Metropolis anteà adeò populosa & magna, vt huic regno mutauerit nomen antiquum in Sigestan.

Mulet. *Mulet*, ciuitas satis nota, ob scelus ipsius Alahodim cum suis asseclis, qui omnem voluptatem promittebant in hoc mundo, & paradisum in sequenti.

Timocain *Timocain*, ciuitas celebris ob pulchritudinem fœminarum, nec non ob fabulam arborum Solis, iuxta quas Persæ olim petebant responsa oraculorum.

REGNVM CABVL olim ARACHOSIA.

Sim. *Sim*, ciuitas valdè magna, metropolis cuiusdã distrĩct'.

Cabul. *Cabul*, metropolis regni, olim dicta Alexandria Arachosia, magnæ negociationis, atq; quãtitate Cayro æqualis. Hic fructus crescunt Cabul dicti, qui plurimos curant morbos, etiam alioqui incurabiles, quos extra regionem deferre capitale est. Huc tanta dicitur aduehi merciũ copia, vt nulla in toto oriente ciuitas cũ hac cõparari possit.

SABLESTAN.

Candahara. *Candahara*; hîc magna negociatio orientalium rerum, concurrentibus huc non ex India tantùm, sed etiam ex Cataio mercatoribus. Hanc dicitur Rex Balassiæ dedisse Sophi propter subsidium, quod ab eo acceperat contra Tartaros Magoros.

BALASSIÆ REGNVM.

Balassan,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Balaſſan, metropolis regionis, ciuitas quàm maxima ad ripam fluuii Geicon. *Balaſſan.*

Senergian, vicina Balaſſan ad ripam eiuſdem fluuii. *Senergiã.*

Bocan; hic reſidet Balaſſiæ Rex, quam ideò Mauri hodiè vocant Regem Bocan: Ciuitas eſt inſignis. In hac ciuitate propter altitudinem Belori mõtis hyberno tempore tam ingens eſt frigus, vt illud etiam inſignibus ignibus adhibitis ferre vix queant exteri. Hic magna copia argenti & azuri perfectiſſimi. Ideoq; non deeſt infinita quaſi mercatorum copia. *Bocan.*

GVZARÆ REGNVM.

Diul, ad oſtium fluminis Indi ſitum. *Diul.*

Diu, ciuitas magnæ negociationis, cùm merces huius regni hinc deferantur in Zophalam & Malaccam. Significantem inſulam, quod nomen impoſitum fuit propter arcem ibi conſtructam, quam Luſitani poſt multas victorias contra Sultanum Cain, Regem Cambaiæ & Turcam obtentas, fecerunt inexpugnabilem. Ideoque ibi ingens eſt Luſitanorum præſidium. *Diu.*

Cambaia, ciuitas valdè illuſtris, tam magnitudine ſua quàm mercatorum vndiq; ex oriente huc venientium copia. Sita eſt ciuitas paululum intra terram, delicatiſſima totius orientis. Hinc infiniti mercatores negociantur per totũ orientem. Valent arte calculandi, à quibus & occidẽtales omnes & Arabes charactares acceperunt numerorum. Hic magna viſitur drogarum aromatumq; vis. *Cambaia.*

Daman, hic Rex Luſitaniæ aliam habet arcẽ fortiſſimã. *Daman.*

Tana, ciuitas anteà valdè diues; Luſitanis hodiè paret. *Tana.*

Bazaim, Luſitanis ſubeſt, vnde Regi ingens lucrum. *Bazaim.*

Ardauat, anteà tantæ authoritatis, vt ibi reſideret Rex. *Ardauat.*

Serchia. *Serchia*, antè dicta a Nisa, extructa à Baccho supra montem Meron.

Guzzarat. *Guzzarat*, anteà tantæ authoritatis, vt ab ea denominationem ceperit regnum.

Amadabar. *Amadabar*, cincta maximis desertis. Huc defertur magna copia radicis ab iis vocata Puco, quæ est Costus verus, quam Lusitani iam in Europam vexerunt, anteà perditam. Est vna ex maximis Indiæ orientalis valdè delicata Mahumetana, cum magna tamen licentia, ita vt mulieres quæ albæ ibi sint, conuersentur cum exteris.

Cãpanaël *Campanaël*, ciuitas fortissima, & ex præcipuis huius regni. Hic cõtinuò eius princeps residet tum propter regionis fertilitatem, tum ob aëris temperiem, aquarumque amœnitatem. Hic princeps adeò est potens, vt sæpè prælio terrestri contra Regem Mandò produxerit triginta millia equitum ferreis albis vestimẽtis, omnes aliis prætereà bõbardis & muschetis instructos & supra elephantes constitutos: Prætereà & classem mari habuerit contra Lusitanos. Coactus tamen elapsis temporibus fuit Badur princeps propter Resbutos populos cõtinuò eum infestantes, atq; etiam Ayaman Regem Tartarorum Magorum sese facere tributarium Lusitanis, iisq; cedere partẽ aliquam maritimam. Huic Principi seruit magna Eunuchorum & mancipiorum caterua, qui etiam sæpè ad dignitates ascendunt.

REGNVM DECAN.

Vltabat. *Vltabat*, ciuitas ad quam magna concurrit mercatorum multitudo ob copiam telæ.

Caul. *Caul*, ciuitas nobilis, sub Rege Lusitaniæ, ante paucos

annos

annos obsessa fuit ab Izzamalucco, sed frustra, restitit namque fortiter.

Dabul, ciuitas magnæ negociationis, Lusitanis tributaria. *Dabul.*

Goa, ciuitas in medio insulæ eiusdem nominis continenti vicinæ in parte Indiæ temperatissima, clauis est huius orientis. Hæc negociatione superat omnes ciuitates orientales, cum ad eam deferantur nauibus Lusitanorum merces omnes totius Europæ, atque etiam insularum Maluccarum, atque etiam omnium ciuitatum maritimarum totius orientis. Subest Regi Lusitaniæ, præestq; ei Vicerex, nomine Regis Lusitaniæ, qui maiori pompâ, imò Maiestate vtitur, quàm Rex ipse Lusitaniæ, idq; ob populos Orientales, qui iudicant hominem ex intrinseco tantummodo. Ciuitas est magna, fortis, optimeq; ædificata. Archiepiscopatus hic est, cui subiecti sunt reliqui omnes prælati huius Orientis. Hic apud patres Societatis Iesu floret studium linguarum & scientiarum. Appellunt autē eò naues ex Arabia & Persia onustæ equis, præterea à India onustæ rebus Orientalibus, quin imò & ex Maluccis & China. Hic quoq; quiescere solet classis Lusitanorum non rarò ad ducenta vela. Paucis annis elapsis obsessa est ab Idalcan Principe Mahometano, sed strenuè defensa à Don Ludouico Taide. *Goa.*

Visapora; hic residet Idalcan vnus ex potentissimis huius regni Dominis. *Visapora.*

Danager, ciuitas pulcherrima huius regionis, hic propter regionis hortorumq; arboribus exteris consitorum amœnitatē residet Isamalucco Princeps, qui solus ex In- *Danager.*

dicis amplectitur Sectam Sophianã, vnde dignitatis causa vtitur titulo Seia, quem Sophi ei misit.

Lispor. *Lispor*, celebris ob copiam adamantum, quæ ibi ex aliquibus mineris eruuntur.

Bider. *Bider*, ciuitas principalis, vbi residet Rex quidam.

CANARA REGNVM.

Onor. *Onor*, ciuitas Lusitanis subiecta, vnde singulis annis naues risum vehunt.

Batacala. *Batacala*, ciuitas magnæ negociationis, tributaria Lusitanorum, & hinc quoque magna defertur risi & aliarum mercium quantitas per diuersas Indiæ partes.

Gerzopan *Gerzopan*, principem habet Regi Narsingiæ subiectũ.

MALAVAR.

Canor. *Canor*, ciuitas magni momenti, proprium habet principem; sed Lusitaniæ Regi subiectum.

Calacut. *Calacut*, ciuitas primaria, maximæ negociationis, huius princeps vocatur Samorin, quod lingua Malauarica significat Imperatorem, cùm sit maximus Princeps Malauariæ. Hæc ciuitas, cùm anteà esset maxima, valdeq; illustris, hodiè non parum defecit, quod ei accidisse putatur, quòd in principio cum Christianis malè se gesserit.

Chale. *Chale*; hic Rex Lusitaniæ castrum extruxit munitissimum, quod potentiam Calecutensis principis non parũ deprimit.

Tauor. *Tauor*, Principem habet proprium, iam Christianum factum, obedientemque Ecclesiæ catholicæ Romanæ.

Coccin. *Coccin*, hodiè vna ex celeberrimis Indiæ, velut anteà fuit Calecut. Hîc onerantur naues aromatibus in Malauaria crescentibus, quæ Lusitani accipiunt pretio ante lõga-

tem po

tempora præscripto à Principibus Malauariæ, vti Rege Canonor, Calecuti, Coccin, Colan & Seilan.

Colan, principem habet proprium, vbi Lusitani etiam habent arcem munitissimam. *Colan.*

INSVLA SEILAN, siue SARANDIL.

Seilan, metropolis insulæ, celebris ob piscationẽ. Hæc à paucis annis venit in potestatem Lusitanorum. *Seilan.*

Columbus, ciuitas insignis; cum optimo portu, hic anteà adorarunt dentem cuiusdam Pagodi, hoc est, Dei illorum; quem iis abstulerunt Lusitani, & pulueriſarunt; Hic Rex Lusitaniæ habet arcem munitam. Habitatque totius insulæ Princeps maximus, qui in hac insula sex alios habet Reges tributarios. *Colũbus.*

Bembar, hic hodie prædicatur Euangelium à Iesuitis. *Bembar.*

Maleapar, à Lusitanis *S. Thomas* dicta ciuitas. Hic visitantur reliquiæ S. Thomæ, protectoris Indiæ. Hic à Lusitanis renouata est hæc ciuitas, & ornata pulcherrimis palatiis ad formam Lusitanicam. In templo D. Thomæ ante paucos annos, cum sacellum extruere vellent, reperta est crux, quæ singulis annis octo diebus ante festum Natiuitatis Christi sudat continuò, imò quandoq; sudor in guttas sanguinis conuertitur. In templo aliquæ erant literæ, quæ cùm amplius in vsu non essent, à solis antiquitatis studiosis vnà cũ lingua ipsa exoleta intelligi possũt. Significabant autem Thomam à filio Dei eò missum ad gentem cõuertendam, dum celebraret tranfixum esse. *Maleapar*

Bisnaga,

Bisnaga. *Bisnaga*, metropolis Regni ad ripam fluuii Nagundii, olim dicta Regia Pandionis, quatuor milliaria continet in circuitu, ornata optimis templis. Hic magna copia gemmarum, quæ ex vicinis locis eruuntur. Plurima quoq; aromata medicamentaq; aliunde aduehuntur. Plurimi mercatores hic, plurima etiam scorta nobilia, quorum aliqua belli tempore soluunt 5000. alia 6000. militum. Princeps huius regionis vocatur Racho, id est, Dominus, habetque alios sub se Reges vasallos. Putaturq; hic Rex habere in singulos dies vltra duodecim millia Pardia, hoc est, Ducatorum.

ORISTAN REGNVM.

Vlna. *Vlna*, ad magnum quendam lacum; hic cum magna religione, quotannis celebratur festum D. Thomæ, cõcurrentibus vndique multis Christianorũ harum regionum.

Orissan. *Orissan*, metropolis atq; emporium. Hic sedes est plurimorum Christianorum, cum templo insigni D. Thomæ.

Ramana. *Ramana*, ciuitas insignis; huc plurimi concurrunt mercatores ob ebur & gemmas.

MANDO REGNVM.

Mando. *Mando* siue *Mandon*, ciuitas regni metropolis, Regem habet proprium.

Moltan. *Moltan*, ciuitas insignis: Hic mulieres sunt bellatrices, equitantque calcaribus instructæ.

DELLI REGNVM.

Delli. *Delli*, metropolis magna & populosa; hic residet Imperator Mogororum, cui hodiè propter potentiam obediunt omnes Reges Mahumetani Indiæ Orientalis.

Fatapur. *Fatapur*, ciuitas celebris, in qua aliquando residet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rex Magororum. Huc antè paucos annos ingressi sunt Iesuitæ cum magno successu religionis.

Tremel, est quasi sanctuarium horum gentilium, ideoque thesaurus hic maior seruatur quàm in vlla alia parte huius orientis. *Tremel.*

Pale, metropolis suæ regionis. *Pale.*

Agora, ciuitas magni negocii, cùm sit inuia, per quam ex India iter fit in Cataium. *Agora.*

Chesmur, hic plurimi student Magiæ; quia maxima pars incolarum est Gentilis. *Chesmur.*

REGNVM COSPETIR.

Cospetir, ciuitas insignis, Metropolis. *Cospetir.*

SANGA REGNVM.

Chitor, metropolis Regni Sanga, ciuitas ampla, proprium habet Regem. *Chitor.*

Polimbothea, ciuitas maxima, hanc Ganges facit insulam, antiquitus portas habuit ferreas, hodiè munita est, nec in eam patet ingressus, nisi per duodecim arcus mirabili artificio cõstructos; hic studia antiquæ illorum linguæ vigent, in quam tum Platonem tum alios Græcos habent conuersos. *Polimbothea.*

Scernum, in magno fluuio eiusdem nominis, cum domibus ex ligno supra aquam constructis. *Scernum.*

BENGALA REGNVM.

Catigan, ciuitas ad mare in faucibus Gangis sita. *Catigan.*

Satigan, ad alias fauces Gangis sita, ciuitas magnæ negociationis. *Satigan.*

Bengala, ciuitas magna, vnde nomen sumpsit sinus quidam maris. Vna est ex præstantissimis Indiæ, diues ma- *Bengala.*

gnæq; negociationis. Hîc omnes eas delicias reperire est, quas vel optimæ ciuitates Europæ possident. Pannus hîc optimi generis conficitur optimus, optimæ cõfectiones fructuum perfectissimorum omnis generis, quibus abundat hæc regio.

Ouros. *Ouros*, ad ripam Gangis fluuii ad lacum ingentem ciuitas illustris, ornata pulcherrimis & sumptuosissimis palatiis, culta tam à Mauris, quàm variarum aliarũ regionũ gentibus. Regis palatium maius est quam Euora in Lusitania, totum ornatum figuris aureis, argenteisq; figuris secundum consuetudinem potius Gentilium, quam Mahumetanorum. Rex autem tam potens est, vt per totam Indiam hanc dici soleat, Regem Cambaiæ esse vnum, Regem Narsingæ duo, Regem Bengalæ tria.

Marazia. *Marazia*, ad ripam Gangis, hîc magna negociatio ligni Aloês, auri, argentiq;, quæ à Cinensibus eò deferuntur.

ARACHAN REGNVM.

Arachan. *Arachan*, hîc arx est inexpugnabilis, quam frustrà dicitur obsedisse Rex Barniæ exercitu plurium quàm trecẽtorum millium hominum pugnantium, & quadraginta millibus elephantorum.

Aua. *Aua*, hîc magna negociatio gemmarum atque etiam muſci, quem eò deferunt in corio eiusdem animalis, populi quidam ex montibus Iangoma. Iuuenes huius ciuitatis ad partes genitales solent gestare nolas quasdam aureas vel argenteas, quæ incessus tempore excitare solent concentum quendam, vtpote lasciuis valdè gratum.

PEGV REGNVM.

Sauolas. *Sauolas*, ciuitas sita ad sinum eiusdem nominis, anteà

vocatum Subaticum. Martrapan, ciuitas insignis, ad fauces fluuii eiusdem nominis. Hic plurima conficiuntur vasa, porcellana dicta, licet non adeò perfecta atq; depicta, veluti ea, quæ ex China deferuntur.

Tagala, ciuitas huius tractus non spernenda. *Tagala.*

Tauai, ciuitas illustris, loco etiam maritimo sita. *Tauai.*

Pegu, hic est sedes Regni, magna hic negociatio rubinorum aliarumq; gemmarum, sita est ad ripam fluuii Pegu, ædes habet ex cannis miro artificio cõstructis. Hic Regium palatium est, quod omnia palatia totius orbis pulchritudine superare dicitur, extructum recenter à Rege Barmæ, in quo insculpta & depicta cernere licet omnia præclarè gesta Regum Orientalium, adiunctis variis animalibus terrestribus, auibus, arboribusque, tam extraneis quàm familiaribus ad viuum depictis. *Pegu.*

Degun, hic Pegunorum Varella (ita templa sua vocant) adeò alta est, vt ex ea ad modum pyramidum Ægyptiarum tota regio cerni possit. *Degun.*

SIAM, aliis SORNAVM REGNVM.

Tenazarim, ciuitas magnæ negociationis. Non omittenda hoc loco videtur huius ciuitatis consuetudo. Dum enim vir quispiã moritur, vxor eius ornata gemmis, odoribusque suauissimis ad rogum ex aromatibus constructũ, lęta, tripudians occurrit, ibiq; vnà cum cadauere comburitur. Hinc in morte principum & magnatũ plures quàm decem aliquando sese in rogum indunt, certantes pro primatu. Vincit autem ea, quæ magis à marito dilecta fuit, ideòq; & illa prima rogum ingreditur. *Tenazarim.*

Malacca. *Malacca*, caput ſui tractus eiuſdem nominis, plurimas circumcirca habet inſulas, fitq; eò concurſus mercatorum ex variis partibus. Incolæ Mauri cùm per fraudem cirtraq; omnem rationem iniuriam feciſſent Lopeſio di Seacheira Luſitano, Alfonſus Alborehecche eam à Mauris vi cepit, atq; in poteſtatem Regis Luſitaniæ redegit. Hic degit iam Epiſcopus, cuditur moneta aurea & argentea, cuius anteà ibi nullus eratvſus, niſi ſtanneæ magni ponderis, pauciq; valoris.

Cingapura. *Cingapura*, ante paucos annos valdè celebris, cùm negociationem eandem haberet quàm Malacca.

Pan. *Pan*, à Luſitanis vaſtata eſt.

Patan. *Patan*, hic negociantur Cinnenſes & Lequii magnam vim auri adferentes.

Lugor. *Lugor*, hîc reſidet quidam Vicerex.

Bămblacot *Bamblacot*, ad fauces fluuii Sian.

Capetit. *Capetit*, ciuitas inſignis, hic alius reſidet Vicerex.

Sian. *Sian*, ciuitas ad fluuium Menam ſita, ab hac denominationem ſumit hoc Regnum.

Odia. *Odia*, ad ripam eiuſdem fluuii Menan; ciuitas valdè magna, quæ aliquando abegit quinquaginta millia militum optimorum. Hic copia magna ſerici & auri quæ eò deferuntur à Cinenſibus & Lequiis. Anteà fuit Regia Regis Sian; poſteà paſſa eſt plurima à Rege Barmæ.

CAMBOIA REGNVM.

Camboia. *Camboia*, ciuitas magna, à mercatoribus valdè habita ob copiam auri, argenti & ligni aloes.

Paida. *Paida*, ciuitas magna & populoſa.

CAMPA REGNVM.

Campa, ciuitas, in qua magna est negociatio auri. *Campa.*

COCINCINA REGNVM.

Cocincina, ad mare, loco valdè periculoso sita, à mercatoribus tamen frequentata cum magna sæpè nauium iactura. Sed maius ex hac ciuitate lucrum vnius nauis, quam sex ad Cinenses proficiscentium. *Cocincina.*

Cacum, ciuitas principalis huius tractus. *Cacum.*

MEDITERRANEA INDIÆ VLTERIORIS PARS.

Cirote, ad cornu orientale fluuii Gangis, hic omnes pueros, quos bello deuicerunt, faciunt Eunuchos, venduntque eos Mahumetanis. *Cirote.*

Chiantai, ab hac ciuitate nomen sumit lacus maximus Indiæ. *Chiantai.*

Macini; huius princeps, licet potentissimus subiugatus est à Rege Barmæ. Huc defertur magna Aloës copia, cuius ideò quoque mercatus viget. *Macini.*

Diras, ciuitas ex maximis Regni; hic Lasuli perfectissimi magna copia. *Diræ.*

Mien, caput sui status; hic videtur sepulchrum Regis à relicta vidua constructum, quod ob magnitudinem excellentiamque à Tartaris omnia alioqui vastare solitis, intactum relictum est. *Mien.*

Bocan, principem habet proprium Mahumetanum. *Bocan.*

Barma; potentissimus Rex Indiæ vlterioris hanc possidet, qui etiam sibi subiecit Regnum Pegu, sæpeq; bellum mouet Regibus Siam & Bengalæ. Hic ex certis herbis pilei *Barma.*

conficiuntur subtilissimi, superantes longè eos, qui ex se-
rico apud nos fiunt.

Iangoma. *Iagoma*, propè hanc ciuitatem magna emitur gem-
marum & muſci copia.

CANTA, REGIO CHINA.

Nantum. *Nantum*, ad ripam fluuii Canta.

Canton. *Canton*, à Iouio dicta Canta, ciuitas non minor Vliſſi-
pona, adeò concinnè fabricata, vt nulli cedat ciuitati Eu-
ropæ, tantæq; negociationis, vt nõ rarò ibi videre liceat
simul quingẽtas naues onerarias ingẽtes exterorũ, vti Le-
quiorũ, Iaponũ, Luzonũ & Indorũ. Hîc optimi cõficiũtur
gladii, magnaq; copia & mercatura eſt æris, aluminis, cin-
namomi, ſerici, muſci, rhabarbari, margaritarum & argẽti.

Siguimatum. *Siguimatum*, hîc plurimi degunt mercatores, tum La-
pones tum Indi.

FVCHIEN REGIO CHINÆ.

Cinceum. *Cinceum*; huc ſingulis annis Luſitani ex India venien-
tes factoriam habent, quam Rex huius regionis conceſſit.

Fuchien. *Fuchien*, ciuitas mediterraneo loco ſita, metropolis re-
gionis, optimis plateis & ædificiis ornata, ad fluuium na-
uigabilem extructa; atq; eodẽ ferè circundata; hoc fluuio
aduehuntur merces quam plurimæ aromaticæ, ſalis, &c.

COCHEAN REGIO CHINÆ.

Cochean. *Cochean*, metropolis huius regionis, ſita ad fauces flu-
uii Caramarani: Ciuitas à Luſitanis vocatur *Liampo*, cele-
bris ob mercaturam ſerici & porcellanæ.

Chelim. *Chelim*, ciuitas magnifica & illuſtris apud hanc gentẽ.

NAN CHIN REGIO CHINÆ.

Nanchin. *Nanchin*, ciuitas maxima, in qua propter amœ-

nitatem

nitatem sæpè residet Chinæ Rex.

ZAITON REGIO CHINÆ.

Zaiton, metropolis regionis, magnæ negociationis. Etenim ad eam concurrunt infinitæ naues ex India & Cataio, quæ hîc sese onerant porcellana, serico & saccharo hoc tempore expurgato. *Zaiton.*

QVINSIA REGIO CHINÆ.

Vnguen, hîc conficitur magna copia Sacchari ex cannis, quæ ibi mira vbertate proueniunt plantatæ. *Vnguen.*

Quinsai, ciuitas maxima Orientis, imò totius vniuersi, circuitum habet C. milliarium. Hæc principi suo causâ mercium, salis potissimùm & aromatum, maius reddit vectigal, quàm Regibus Persarum olim pendebat Babylonia. Sita est in aqua, veluti Venetiæ, vicina faucibus fluuii, supra quem ad miraculum vsq; cõstructi sunt põtes quàm plurimi. Ciuitas sanè amœnissima. Vnde etiam à Chinensibus nomen habet Quinsai, quod eorum lingua significat ciuitatem cœli. Nihil est quod ad voluptatem faciens, ibi desideretur, copia ibi auiũ, piscium. Venatus piscium ibi mirus cum corũis domesticis. Hîc sæpè residet Princeps Chinarum, qui est potentissimus totius Orientis: tam dives, vt solum regnum Canta, quod minimum est, singulis annis ei pendat vltra sexcenta millia librarum argenti, præter decimam serici, quæ excedit omnẽ serici quantitatẽ, quæ in tota colligitur Europa, & vectigal salis, excedens quotannis auri summas quinq;. Expendit (referente Andrea Teuet) aliquando in vno bello contra Reges Moin, Tipora, & Barma vnitos, spatio quatuor mensium vltra viginti milliones auri. *Quinsai.*

Cheiuan. *Cheiuan*, hinc nomen desumit sinus maximus Asiæ. Hîc Chinenses plurimum habent militem contra Tartaros.

Gengium. *Gengium*, ciuitas populosa; Hîc cum magna diligentia incumbitur Medicinæ studio.

Pagin. *Pagin*, vna ex maximis ciuitatibus huius tractus.

Sanfi. *Sanfi*, hic referentibus Chinensibus, ante paucos annos maximum fuit diluuium, decidentibus etiam è cœlo trabibus igneis.

SAMATRA INSVLA INDIÆ.

Dacen. *Dacen*, hic incolæ modum belli gerendi à Turcis dicere, qui huic populo eõtra Lusitanos succurrere solent. Non desistunt tamen ideò Lusitani, atq; id cum insignibus victoriis, inter quas admirabilis fuit ea, quam ante paucos annos habuit Men Lopes duodecim nauibus instructus, quibus prostrauit plures quàm centum triremes, aliasque naues remis agitatas.

Pazzen. *Pazzen*, huc confluunt varii mercatores Chinenses & Arabes ad coëmenda aromata.

Barro. *Barro*, ciuitas mediterranea, auri ditissima.

Andragida. *Andragida*, hic multi sunt Anthropophagi.

IAVA INSVLA INDIÆ.

Paliban. *Paliban*, anteà valdè diues, cùm huc appellerent omnes naues, quę ex India & China proficisci solebant Singapuram: cùm autem iter illud relictum esset, propter negociationẽ Malaccensem, à Mauris iterum hæc ciuitas renouata, in eum finem, vt transitus non amplius fieret per Malaccam, quæ fuit anteà eorum colonia.

Agacin,

Agacin, celebris ciuitas, ob mercatorum ex variis locis aduenientium copiam. *Agacin.*

Temir, ciuitas Regia cum gente Mahumetana. *Temir.*

Magapeger, loco mediterraneo sita ciuitas, Metropolis, amœna valdè, ideoq; hîc degit Rex potētissimus totius Iauæ insulæ. *Megapeger.*

Pirech } ciuitates illustres, singulę proprium habent *Pirech.*
Bendā } Principem sectæ Mahumetanæ. *Bendan.*

MACCAZAR INSVLA.

Senderem, ciuitas ad magnum lacum sita, valdè populosa, magnæ negociationis, ob copiam, quæ eò aduehitur, auri & laccæ. Huius princeps instar Imperatoris cuiusdā honoratur, multosq; Principes habet subiectos. *Senderem*

Supana, ciuitas principalis cum proprio Principe. *Supana.*

MALVCCÆ INSVLÆ.

Terenate, metropolis insulæ, hic residet Gubernator ex parte Regis Lusitaniæ. Habentque hic Iesuitæ collegium, quod sumptibus Lusitani Regis sustentatur. *Terenate.*

MAVRVS INSVLA.

Tolon; hic prædicatur hodiè à Iesuitis Euangelium. *Tolon*

BORNEI INSVLA.

Bornei; metropolis insulæ, magna parte ad vndas sita, ædes ex ligno affabrè paratas habet. Hic residet Rex splēdidè vitam agens. *Bornei.*

Laum, Regem habet proprium, sed idololatrum. *Laum.*

BVTVAN.

Magdandum, ciuitas valdè celebris: hic residēt Iesuitæ. *Magdāduṁ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LEQVIORVM INSVLA.

Cinche. *Cinche*, ciuitas maritima, magnæ negociationis.

IAPAN INSVLA.

Congoſſima. *Congoſſima*, ad mare ſita ciuitas; hic Franciſcus Xauier Nauarrus Societatis Ieſu prædicauit Euangelium.

Oſſacaia. *Oſſacaia*, ciuitas totius Inſulæ maximè illuſtris, & totius oriẽtis ditiſſima: hic plures mille ſunt mercatores, quorum ſinguli ad minimum habent triginta millia aureorũ, aliorũ verò bona excreſcunt ad ſummam incredibilem. Ciuitas libera eſt, & inexpugnabilis; habebat tamẽ præſidium trium millium militum, ſed extra ciuitatem more Tartarorum Orientalium, qui militibus in ciuitates non dant ingreſſum, niſi ad neceſſitatem eorum.

Amãgucci *Amangucci*, ciuitas magna, ſed ædificia ſunt cõſtructa ex lignis, ſicuti magna ex parte reliquæ ædes huius Inſulæ.

Bungum. *Bungum*, metropolis Regni, ciuitas maxima, optimum habet portum maris; hic infinitus eſt Chriſtianorum numerus, prædicaturq; Euangelium. Seminarium hic eſt, in quo Europei addiſcunt linguam Iaponicam, & contra Japones linguam Luſitanicam, & aliqui etiam Latinam.

Fianoiama. *Fianoiama*, hic Bonſiorum (hoc ſacerdotum gentilium) generalis. Lacum habet valde piſcibus refertum & magnum. Hortos quoque ad lacum plurimos reficiendi animi gratia conſtructos.

Meacum. *Meacum*, ciuitas totius inſulæ maxima, licet hodiè non tanta, quanta anteà, cùm circulum habent, viginti & vnius milliarium, cùm hodie defecerint tertia parte ob bella, quæ Iapones inter ſeſe habuerunt, eſt tamen & hodiè

valdè

valdè habitata, ſedemque hîc habet ſummus magiſtratus laponiæ, qui tribus conſtituitur viris: Quorum primus eſt Zazo, qui repræſentat noſtrum Pontificem, caputque eſt religionis: Alter eſt Voo, qui præeſt cauſis honoris, titulorum, & dignitatum. Tertius eſt Cubacama, hic pacem debet cuſtodire inter principes laponiæ, quorum quatuordecim principes ſunt monetam cudentes. Paucis annis elapſis in fauorem Chriſtianorum occiderunt Meacenſes ſuum Mubacama.

Nara; hic vnus eſt Pagode (idolum Indicum) ex metallo, magnitudine excedens Coloſſum Rhodi: eſt quoq; magna quantitas ceruorum domeſticorum quos adorãt. Lacum præterea habẽt refertũ piſcibus quos alunt oriza. *Nara.*

Coia, hanc ciuitatem ita venerantur incolæ, vt omnes Principes ſoleant teſtamento ſuo ſepulturam, ſi non totius corporis, ſaltem dentis vnius ibi deſtinare. Hîc templum eſt ingens Bonſio vni nomine Combodaſſi ſacrum, cui ſeruiunt tot Bonſii, vt vel magnum caſtellum eos vix caperet. Fuit autẽ Combodaſſi inuentor literarum, quibus communiter vtuntur, quem incolæ adhuc viuũ exiſtimant. Ingreſſus namq; viuus cùm eſſet ſepulchrum ſuum, non fuit poſteà inuentus. *Coia.*

Cauaci, hæc apud populos Toſonos eſt metropolis. *Cauaci.*

Bandum; Hîc floret ſtudium Benſiorũ, quod dicitur eſſe maius vniuerſitate Pariſienſi, concurrentibus eò quaſi omnibus laponibus gradus illius acquirendi gratiâ, quẽ valdè ambiunt, tũ honoris ergo; honorantur namq; Bonſii, tum verò redituum, quibus fruuntur, in quam plurimis monaſteriis & commendis, quę Idolis dedicata ſunt. *Bandum.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aquita. *Aquita*, ciuitas celebris ob negociationem exterorum, licet satis sit frigida, cùm sit in parte septentrionalissima insulæ.

FIRAND INSVLA VICINA IAPONIÆ.

Firand. *Firand*, metropolis Insulæ, quę & nomen insulæ dedit.

TARTARIA MINOR.

Cafa. *Cafa*, colonia est Genuensium: in hac ciuitate multa adhuc Monachorum integra sunt monasteria. Viget hic mercatura piscium, ceræ, mellis & corii. *S. Clementis templum*, ab Angelis extructũ ante multos annos, in mediis fluctibus, ad hoc templum singulis annis patebat ingressus in festo eius, ita vt siccis pedibus ingredi liceret: Honoratur à vicinis propter varia miracula, imago quædam B. Virginis, etiam à Turcis & Tartaris volentibus continuò illam ardere candelam: idq; factum dicitur opera Mahometi Cerei Tartari, qui cum votum feciſſet B. Virgini, elapsus est è medio inimicorum eum occidere volentium.

S. Clemẽtis tẽplũ.

Azon. *Azon*, aliter dicitur Tana, ad Tanais fluuii ostium; primùm fuit sub Venetis; hodiè sub Turcis: Verùm valdè à Moschouitis infestatur: qui eò nauigant secundo fluuio.

TARTARIA ZAGATAIA.

Schaisara *Schaisara*, ciuitas magnæ negociationis.

Bochara. *Bochara.* Huc concurrunt mercatores quàm plurimi ex India & Cataio. Hîc residet proprius Cham ex iis, qui à pileo viridi nomen desumunt.

Maracanda. *Maracanda*, à Persis Samaracanda, sita ad ripam fluuii

Amo, metropolis est Maurinacherorum, licet non eius splendoris & quantitatis, cuiusolim, quando imperiũ eius dilatebatur vsq; ad Persiam. Hodiè hic residet vnus Cham ex Tartaris Mosolimannis: ostenditurq; sepulchrum Tamorlani in Moschea quadam. Hic videre est miraculum quoddam in templo S. Ioannis Baptistæ. Etenim columna quædam, quæ anteà sustinuit tectum templi, eleuata cernitur à terra tribus palmis, idque inde accidit, quod Saraceni volentes templum destruere, lapidem, qui basis loco fingebatur, abstulerint. Huc mercaturæ gratia plurimi ex Cataio adueniunt. Prætereà & hac transit Carouana, quæ ex Persia.

TVRCHESTAN REGNVM TARTARIÆ.

Ocerra, ciuitas magnæ negociationis, metropolis. *Ocerra.*

Calba, ad ostium fluuii Tachosca. Ex hac ciuitate dicuntur originem trahere Turci. *Calba.*

Pein; hic consuetudo talis est, si maritus absit diebus XX. licere mulieribus nubere alteri ad placitum. *Pein.*

Bach, ciuitas Tartarũ pilei viridis, estq; magni negocii. *Bach.*

Cotan, huc adfertur ex Cataio tanta musci copia, vt admirationẽ excitet, qui fieri possit, vt tãta colligatur copia. *Cotan.*

TANGVTH REGNVM TARTARIÆ.

Chinchitalas. Hic conficiũtur specula optima, gladiiq́ue optimæ aciei, & quoddam telæ genus, quod purgatur, dũ in ignem coniicitur. *Chinchitalas.*

Succuir ciuitas, circa quam colligitur copia Rhabarbari tanta, vt mercatoribus venientibus ex Tauris, Siras & *Succuir.*

Cairo integram ſummam vendant duobus Saggis auri» qui valent circiter tres coronatos aureos.

Coras. *Coras*, ad montem Altai: Hîc ſepeliuntur omnes Imperatores Tartari.

Caracorã *Caracoran*, ciuitas magna, caput regionis cuiuſdam. Hic conuenerunt Tartari vocati à Cingi, vt crearent eũ illorum Cham, contra Moir Preſtigianum.

Taigin. *Taigin*: Hîc Cingis mortuus eſt à balena percuſſus.

Campion. *Campion*, ciuitas principalis, Hucuſq; mercatoribus conceditur profectio per Carnanam ſingulis annis, qui& inde redeunt diuites onuſti Rhabarbaro, Mulcho, Chaicatai, & Cina, quam eò deferunt Chinenſes. Hic viget ars Typographica, ſtudiumq; Chymiæ.

Singui. *Singui*, anteà Iſſedon Schitica; hic magna eſt copia boum quorundam elephantis æqualium.

Egrigaia. *Egrigaia*; Hic excellentiſſimi conficiuntur panni ex pilo chamelino atque etiam ex lana.

Erginul. *Erginul*, hic magna muſci copia colligitur, eiuſq; perfectiſſimi, ob ſpicæ nardi, qua animalia, ex quibus conficitur muſcus, aluntur, copiam.

Galatia. *Galatia*, ciuitas ferè tota à Neſtorianis habitata.

CATAIVM, olim SERICA.

Lognon. *Lognon*; hic cõficiuntur excellentiſſima arma omnis generis, potiſſimùm verò gladii: Hucq; ſingulis annis appellit Carnana tam ex vna quàm altera India.

Caraian. *Caraian*, ſita ad lacum ſalſum refertum oſtreis; Hic mulieres ornatus ergo dentes deaurant, atque non ipſæ, ſed eorum mariti poſt partum XL. diebus continuis lecto decumbunt. Tanta hic auri copia, vt propter illud permutent

mutent cum argento, quod aliunde per mercatores aduehitur.

Vncian, ciuitas vna principalis. *Vncian.*

Caindum, caput ſui diſtrictus, ciuitas ſatis à mercatoribus frequentata, propter copiam velorum certi generis, quæ ibi conficiunt ſubtiliora quàm ſericea, ex corticibus quarundam arborum. *Caindum*

IaZi, ciuitas magna, mercatura celebris. *IaZi.*

Tebeth, metropolis ſuæ regionis; ad quam licet periculoſus acceſſus ſit, ob varias feras: non tamen ſuis caret mercatoribus ob infinitam ferè quantitatem Coralli, quo hic vtuntur monetæ loco, atque ob muſcum, cuius ibi eſt maxima abundantia, cùm animalia ibi enutriantur, ex quibus muſcus conficitur, quaſi per greges veſcantur ſpica nardi, cuius ibi magna copia. *Tebeth.*

CATAIVM VERVM.

Cacianfum, hic inter cætera aromata creſcit radix vocata Chiacatai, vtilis ſtomacho, & Podagræ. *Cacianfum.*

Panconia, celebris ob varia cõmercia, concurrentibus eò mercatoribus etiam ex India. Hic venatus cauſa nõ rarò agit magnus Cham: cùm ibi inter reliquas feras vna inueniatur nomine Marincuſach, vultu puellam referens, reliquo corpore leonẽ, exceptâ caudâ, quæ eſt Scorpionis. *Panconia.*

Vgunt, caput eſt ſui diſtrictus, hic mulieres reperiuntur pulcherrimæ. *Vgunt.*

Sindicin, hic optima arma conficiuntur, quibus ex mandato Magni Cham inſtructæ ſunt omnes munitiones: idque, quia ſæpè contingit aliquos ex eius cognatis rebellare. *Sindicin.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tenducho *Tenducho*; Hic, antequam à Tartaris caperetur, sedes erat Prestigiani; alterius ab eo, qui est Abassiæ.

Siãganor. *Sianganor*; Hic venationis gratiâ Princeps eorum duobus mensibus quotannis solet residere.

Saind. *Saind*; hæc quoq; ciuitas est venatui accommoda.

Gonza. *Gonza*; Hic à paucis annis inceperunt colere vineas, quod in aliis partibus Cataii non fit.

Cambalũ *Cambalum*, quod secundum quosdam est antiquorum Issedon Serica: maxima ciuitas, circuitum habens maiorem viginti milliaribus, sita ad ripam fluminis Polisangi, optimè munita, mercatoribus referta, existens in centro Cataii. Affirmatur certò nullũ esse diem, quo præter cæteras merces eò non deferantur mille currus serico onusti ex China. Metropolis est Cataii. Hic residet Magn° Chã, maximus Imperator Tartarorum. Pons hic est totius orbis splendidissimus & admirabilis ob suam quantitatem.

Cazardin *Cazardin* ad Oceanum, portus est. Prope hanc ciuitatem venatus est excellens, ideoque eo nonunquam sese transfert eorum princeps.

Sitingui. *Sitingui*, ciuitas principalis suæ regionis.

Chiang. *Chiang*, ad mare sita, ciuitas magnæ negociationis.

Ciorza. *Ciorza*, ciuitas magni momẽti, caput suæ prouinciæ.

Ron. *Ron*, metropolis Limoange insulæ. Hic lapides reperiuntur aliqui dicti Garof, qui sistunt sanguinem, ita vt per nullum vulnus effundi possit.

ANIÆ REGIO.

Anian. *Anian*, ciuitas principalis, Aniæ regionis. Reliquæ verò Aniæ ciuitates ignotæ sunt.

DESCRIPTIONIS VRBIVM VNIVERSALIS PARS TERTIA, IN QVA DE AFRICA.

MAROCCI REGNVM.

Massa.

Massa ciuitas, sita ad fauces fluuii Sus, in regione Sus. Hîc colligitur copia magna ambræ optimæ.

Tangauosta.

Tangauosta, metropolis regionis: Hîc magna copia matronarum albarum.

Tesedet.

Tesedet, incolæ huius ciuitatis adeò sunt humani & benigni, vt exteris non exhibere officia omnia humanitatis, iudicent valdè indecorum.

Eideuit.

Eideuit, celebris propter legum interpretes, qui docent Mosaffum & Alchoranum.

Mazacã.

Mizacan, ciuitas munita in planicie maxima Lusitanis subiecta, atq; paucis à Cidan Sceriffo cum ducentis millibus hominum obsessa, sed frustrà, resistentibus insigniter militibus præsidiariis.

Maroccũ.

Maroccum, metropolis totius regni, imò totius Barbariæ. Primaria potest iudicari totius Africæ post Cairum, cùm hodiè magna ex parte restaurata sit à Sceriffo, optimisq; palatiis ornata: accedit, quod & principes ad Domini sui imitationẽ sumptuosissima ibi struant palatia. Non tamẽ hoc tempore eius est quãtitatis, cuius fuit tempore

Regis Almanzoris, cùm maxima esset earum, quas Mahumetani possidebant in partibus occidentalibus. Restaurata dicitur à Iosepho Tesfino, secundum alios, ab Abed Ramon. Floruit hic olim studiũ in lingua Arabica omnium scientiarum & artium. Quia verò Arabes à quadringentis annis studia prohibuerunt, quæ vbique anteà amissa apud eos solos sustentabantur, ne omnino perirent: ideò hoc tempore solum ibi studium est Grammaticæ, Poëticæ, Astrologiæ, legumque eius gentis. Huc tamen studiorum gratiâ conueniunt Talosi, Numidæ, atque ex tota Barbaria. Hic reperire est hortos iucundissimos. Angli plurimi hic negociantur causa sacchari, olei, auri, &c. Hîc sedem habet Seriffus, qui sese Imperatorem Marocci vocant: solentq; hic plurimi cum leonibus pugnam instituere. In hac ciuitate templum est totius Mauritaniæ maximum: anteà cum tribus pomis aureis, quæ posteà ablata destructaq; fuerunt à Seriffo.

Antea. *Antea*; Hîc habitat insignis caterua Iudæorum, qui vocantur Carrani, aliis Iudæis ob schisma valdè inuisi.

Efza. *Efza*, præcipua est regionis Tedle, mediocriter culta, incolaq; habet satis ciuiles.

FESSÆ REGNVM.

Rabbattũ *Rabbattum*, munitio insignis, quæ clauis vna statuitur Barbariæ.

Sella. *Sella.* Hîc sunt Regum Fessæ sepulchra admiranda ob artificium simile ferè antiquitati.

Mechenes *Mechenes*, ciuitas illustris, atq; huius Regni secunda, quæ datur primogenito Regis. Hic conficiuntur optimi panni ex lana & bombace.

Fes, metropolis Regni, nomen sumit à fluuio, qui eam alluit, vel ab auro incolis Fes dicto, quod ibi inuentum est, dum fossæ ciuitatis construerentur. Palacia habet totius Africæ pulcherrima, diciturq; esse pulcherrima & celeberrima totius Barbariæ. Est nanq; ex maximis maximeq; habitatis totius Barbariæ, situs eius excellens, regimen valdè politicum, copia hic mercatorum, opificum, operumq;, quæ hic conficiuntur, excellentissimorum. Studiũ hic floret legum, medicinæq; Pharmacopoliorum numero reliquas omnes ciuitates vniuersi superat. Curiosi quidam & Magiæ vetitæ incumbũt, sed occultè. Mulieres valdè hic deditę sunt pulchritudini, venustatiq;. *Fes.*

Haracce portus celebris ciuitatis Fessæ, quo appellũt naues plurimæ Bertonum, merces & arma aduehentes. *Haracce.*

Tangera, Hîc Anteus Gigas occisus fuit ab Hercule. Muza Saracenis postquam subiugauit Barbariam, ad hanc venit ciuitatem, intrauitq; equo Oceanum, ita vt vix conspiceretur equus, idque ideò, vt post se Herculẽ reliquisse gloriari posset. *Tangera.*

Alcazer Guer, in huius agro Sebastianus Rex Lusitaniæ A. 1578. volens Regno suo restituere regẽ; hic cum R. Fessæ & duobus aliis Principibus aduersariis, periit. *Alcazer.*

Ceuta, hic Rex Lusitaniæ præsidia habet valdè firma, cõficiũturq; ac⁹, subtilitate excedẽtes omnes eas, quę in Europa & Africa cõficiũtur: & ideò habentur ꝑ Damascenis. *Ceuta.*

Pegnon, munitio insignis, quam è manibus Turcarum eripuit Don Garzias de Toledo. *Pegnon.*

Melilla, præsidium habet Hispanicum, cum sit munitio ferè inexpugnabilis. *Melilla.*

Dubbum. *Dubbum*, hic hodie proprius regnat Sceccus.

Tezza. *Tezza*, metropolis regionis Caus, valdè ciuilis & optimè extructa.

MADERA INSVLA.

Foncialis. *Foncialis*, ciuitas est Archiepiscopalis, ante aliquot annos vastata à Gallis.

ALGIER siue TLEMISAN REGNVM.

Oran. *Oran*, caput est exigui cuiusdam regni, præsidium habet Hispanicum. Ciuitas hæc ante paucos annos obsessa fuit à Turcis, sed frustrà, cũ iis à nostris ita fuerit responsum, vt coacti fuerint recedere cum damno & ignominia.

Tunes. *Tunes*, antiquitus dicebatur Tipasa.

Algier. *Algier*, antiquitus dicta Salda colonia, secundum alios Iulia Cæsaria; primùm fuit Regis Tremisen, à quo nimis ornata sese tradidit Regi Bugię, deinde cum facta esset opulenta, tributũ persoluit Regi Ferdinando, hodie Turcis paret operâ Barbarossæ. Carolus V. hîc passus est insigne naufragium. Plurimi Piratæ ex hac ciuitate profecti Hispaniam Italiamq; infestare non desinunt.

Bugia. *Bugia*, primùm subdita Regi Tremisen, proprium deinde habuit Regem, hodiè electis Hispanis paret Turcis. Hæc ciuitas portũ habet, quod aliis ferè ciuitatibus Barbariæ denegatum est.

Tlemisan. *Tlemisan*, anteà vocata est *Temici*, fuitq; caput regni, quæ dignitas iam Algierum est translata propter residẽtiam Bascià. Ciuitas magna est & satis mercatoribus dedita. Subiugata per Don Martinum Comitem d' Alcandette. Postea iterum à Turcis victa per Salara in Bascià d' Algieri.

Hubeda, hîc peregrini Mahumetani maximâ frequentia visitant quendam, quem pro sancto habent nomine Sibidu medianum. *Hubeda.*

Cuccum, proprium habet Scheccum. *Cuccum.*

Bata, agrum habet circum circa fertilissimum. *Bata.*

TVNISI REGNVM.

Bona, huius ciuitatis Episcopus fuit S. Augustinus. *Bona.*

Biserta, antiquis dicta *Vtica*, hinc oriundus fuit Cato. *Biserta.*

Carthago, hæc olim recta fuit à suis Soffetis, sicuti Roma à consulibus, tuncq; tantæ fuit potentiæ, vt contẽderet non modò cum Numidibus & Circensibus, pro limitibus regionum: Sed etiam Romanis pro imperio orbis. Sed victa & destructa à Scipionibus fuit: posteà verò à Iulio Cæsare restaurata ita creuit authoritate, vt, dũ ad fidem Christianam sese conuertissent, Episcopus eius sub se habuerit supra centum & viginti Episcopos. Hodie ciuitas hæc redacta est in exiguam villam, à solis hortulanis ferè habitata, non sine graui fœtore. *Carthago*

Goletta, hisce annis elapsis destructa ab Vchiali Bascià, cum anteà esset munitio inexpugnabilis, sita erat ad ostium cuiusdam stagni. *Goletta.*

Tunisi, antiquis dictum *Tunetum*, circuitum habet quinque milliarium. Sedes fuit Regia. Visitur hoc loco templum valdè celebre apud Mahumetanos, cuidam illorum Sancto (vt putant) nomine Ameth Benaros. Tantaq; est eius sancti veneratio, vt qualiscunq; Reus ei⁹ Moscheam ingressus fuerit, recipiat libertatem. Hodiè hîc residet Baschià quidam. *Tunisi.*

Mahida. *Mahida*, Latinis *Aphrodisium*, Hæc ciuitas cùm hospitio excepisset Turcas, eam cepit Ioannes à Vega; posteà destructa fuit ob superfluos sumptus.

Tripolis. *Tripolis*, ciuitas magnæ negociationis. Hîc residet Sangiaccus quidam.

Lepede. *Lepede*, hic videtur fuisse antiqua Leptis, vt ostendunt eius insignes ruinæ.

Neeaus. *Neeaus*, nobilis & pulchra respectu huius regionis, in qua ciuitates ad pulchritudinem nostratium nõ accedũt.

Meßila. *Messila*, ad lacum eiusdem nominis, metropolis eius regionis, quæ antiquis dicebatur Massilia.

Constantina. *Constantina*, olim ciuitas regia antiquorum Numidarum, hæc dabatur primogenito Regis Tunitani, nunc verò præsidium habet Turcarum.

Vrbs. *Vrbs*, Colonia Romanorum, vti ostendit nomen, quod Latinum est.

Biscari. *Biscari*, ciuitas pulchra, valdè à Turcis frequentata, ob venatum, qui ibi est, ferarum & auium.

Beggia. *Beggia*, hîc magna granorum copia, atq; hinc Libia commendatur à fertilitate frumenti.

Alcaruanum. *Alcaruanum*, ciuitas extructa ab Vtica loco mediterraneo; Hic anteà floruerunt studia, residetq; hic quidam Põtifex Mahumetanus, cũ multis Caziſis (ita vocant suos Sacerdotes) qui continuò orationes Deo fundũt, vnde propter sanctitatẽ ciuitas hæc visitatur à multis principibus, etiã nudis pedibus longissimo interuallo eò venientibus.

Lãpidosa. *Lampidosa*, sita est in insula Pantellaria, hic continuò ardet lampas ante imaginem B. Virginis, dicitúrque nunquam defeciſſe oleum, infundẽtibus super nouum oleum

nantis,

nantis, illac transeuntibus tam Mauris quàm Christianis.

MALTA INSVLA.

Melita, vulgò *Malta*, ciuitas & arx munitissima, vnicum remedium contra vim Turcarum. Huc Solimannus Turcarum Princeps misit anno Christi M.D.LXV. classem ingentem ad expugnationem tum Insulæ, tum arcis; sed vires eius refractæ sunt, coactusq; fuit cum magna strage suorum cedere. *Melita.*

NVMIDIA RECENTIORVM.

Dara, metropolis. Nomen desumit à fluuio, qui eam alluit, hinc oriundus est Steriffus, qui ex humili conditione ad maximum peruenit imperium. *Dara.*

Stafilet, ciuitas notabilis huius regni. *Stafilet.*

Dausen, huius reliquiæ indicãt, quãta olim fuerit ciuitas. *Dausen.*

Teusar, ciuitas insignis: hic mulieres docent pueros legere & scribere, idq; ex solo Anchorano. *Teusar.*

Eapsa, ciuitas munita, quã olim expugnauit Metellus. Hic etiam circa nostra tẽpora Reges Tunetani thesauros suos seruarunt: Deinde excusso iugo Regis Tunetani facta est resp. libera: hodie propter discordias subest Turcæ. *Eapsa.*

LIBIA, Mauris SARRA.

Huaden, ciuitas, in qua magna est negociatio auri & Zibetti. *Huaden*

Guergata, ciuitas hæc multa eaq; insignia habet palacia: abundatq; dactylis, ex quorum etiam ossibus farinã conficiunt, ex qua confecto pane vescũtur. Ciuitas diues est, reliquarum rerum, præter eas, quæ ad victum spectant. *Guargata*

Toberraum; hic antiqui fabulati sunt multa de mensa Solis, q̃ semper plenã cibis delicatissimis finxerunt. Nõ loge *Toberraũ*

hinc

hinc distabat celebre templum Iouis Ammonei: hodiè dictum *Concorron* Mahumetis.

HESPERIDES INSVLÆ.

Riuiera. *Riuiera*, ciuitas insignis in insula S. Iacobi.

MONDIBARCA.

Barca. *Barca*, metropolis est, & magnæ negociationis, ideoq; in hisce partibus celebris. Flumen habet ad muros. Sedes est Regia, sed tributaria Regis Vri.

Cirene. *Cirene*, ciuitas celebris ob tot tantosque Philosophos, hæc longo tempore certauit cum Carthaginensibus.

Fizzan. *Fizzan*, hic magna negociatio equorum: ideoq; plurimi huc concurrunt Mauri equos suos vendentes mercatoribus Borni, à quibus recipiunt vel aurum, vel mancipia Æthiopica.

ÆGYPTVS.

Alexandria. *Alexandria*, à Turcis S. *Canderia*, ciuitas magni negocii: hanc primùm delineauit Democrates Mathematicus tanto artificio, vt non fuerit in tota Africa æqualis, aut similis in structura tum platearum, tum palatiorum. Hic studia valdè floruerunt. Hîc insignis est ea turris Pharo. Statua quoque Serapis suspensa fuit in aëre, quæ magnete retinebatur. Hoc tempore ciuitas valdè creuit, propter Maurorum ex Barbaria confluxum, licet non ad eam, quã antea habuit quantitatem, cum esset ex maximis totius orbis. Turcarum Imperator triremes hic habebat, quæ ciuitatem cum mari tutentur.

Rossetum. *Rossetum*, ad faucem vnam Nili, ciuitas mediocris, sed magnæ negociationis.

Damatia, antiquis *Peluſium*, ciuitas fortiſſima, inſtructa circumcirca variis turribus, quæ impediunt, ne quiſquam inuitis ciuibus fluuium aduerſum nauiget. *Damatia.*

Maſſeli, ciuitas vicina monti Caſio, hic fuit olim celebre templum Iouis. Inuenit quoque Adrianus Imp. hic ſepulchrum Pompeii Magni cum Epitaphio, hoc Monoſticho: *Maſſeli.*

Templi pondus erat, modica qui clauditur vrna.

Coctum: hic plurimi negociantur mercatores ex Nubia. *Coctum.*

Thebe, hæc ciuitas extructa eſt Buſiride, antiquitus centum habuit portas, eaſq; omnes ſupra columnas. Hæc ſuam monarchiam extendit vſq; ad Scythas, Indos, Æthiopes, imò & per inſignem partem Europæ: produxit aliquãdo in campum ſeptingenta armatorum millia. *Thebe.*

Derot, hic magna ſacchari conficitur copia. *Derot.*

Memphis, hodie vocata *Meſer* hæc olim celebris fuit propter pyramides, quæ erant ſepulchra principum illorum tantæ magnitudinis, vt in vnius circuitu quadrato numerentur centum & triginta paſſus. Omnes ſunt ex marmore flaueſcente, tantæ altitudinis, vt arcu fortiſſimo vix ſummitatem earum petere poſſit. Hæ inter ſeptem mundi miracula numerabantur, quæ omnia præter haſce pyramides exiſtimatæ anteà fuerint ſolidæ theſauriſq;, refertæ, ante paucos annos à quodam Mauro Feſſano Necromantico cauæ inuentæ fuerunt. *Memphis.*

Cairum olim *Babylonia AEgypti*, citra controuerſiam maxima Africæ, reſtaurata à Geonco Gubernatore huius prouinciæ: hodie hic reſidet Belerbus nomine Turcarum Imperatoris. In hac ciuitate tanta eſt hominum multitudo, vt omnis ferè generis linguæ & ſcripturæ ibi reperian- *Cairum.*

tur. Hic resident Patriarcha Coptitarum. Item Patriarcha Græcorum & Arabum, qui licet Græcè officia recitent, vix tamen Græcam linguam intelligunt.

Ziza. *Ziza*, hic cum magna admiratione videmus die Iouis Sancto eminere manus, brachia & crura hominũ, quod reliquo anni tempore non fit.

Matarea. *Matarea*, hic peregrinis ostenditur ea ipsa arbor, quæ creatori suo obediens, sese plicauit ad desiderium B. Virginis; præterea à capella exigua est, in qua narrant Mauri tenellum Iesum sæpè fuisse à B. Virgine collocatum, ideoque Mauri ibi continuò lampadem retinent accensam.

Elmichias *Elmichias*, olim *Niloscopium*: quia hic præcognoscebãt Nili augmentum & decrementum, indeq; annonæ caritatem vel abundantiam, similiaq;. Prope sunt duo templa, in quibus aliquæ conseruantur reliquiæ S. Ioan. Baptistæ aurea capsa inclusæ: quæ singulis annis coram omni natione eò tunc confluente hoc faciunt miraculum. Cùm reliquiæ eæ in flumen coniiciuntur, aqua ipsa contrario cursu ascendit, iam in vnum templũ, iam in alterũ. Ideoq; tã à Christianis quã Mahumetanis illud festũ celebratur.

Munia. *Munia*, ciuitas insignis, anteà *Nicopolis* dicta.

AZiottũ. *AZiottum*, ciuitas, quæ aliter vocatur *Bubaste*.

Asna. *Asna*, olim *Siene*, sita est tropico cancri, ideòque cùm Sol in Cancro est, tempore meridiei, nullam ibi facit vmbram: imò radii eius vsque ad profundum puteorum profundissimorum descendunt.

Betsames. *Betsames*, antiquis *Heliopolis*, antiquitus hic templum erat Solis, in quo recipiebantur responsa ad literas, etiã nondum apertas.

Sues

Sues, in littore ſtricti Mechæ, anteà dicta ciuitas Herorum. Hic Turcus militem habet, qui non rarò excurrit in Indias contra Luſitanos. *Sues.*

Alcozer, hic plurimi peregrini Mahumetani proficiſcuntur mari Meccam. *Alcozer.*

GHINEA PARS ÆTHIOPIÆ.

Genni, Arabibus *Genoha*, vnde nomen Regioni. Metropolis eſt Ghineæ, ciuitas magna, ſita ad ripam fluuii Genni, vnde ipſi ciuitati nomen: hodie ſubeſt Regi Tungubutenſi, anteà celebris erat annuo mercatu, qui hodie fit Tungubuti. *Genni*

Tungubutum, ſitum ad magnum lacum piſcibus abundantem, aqua tamen lacus eſt amara & venenata. Ciuitas magnæ negociationis, ad quam nõ tantùm fit concurſus Feſſanorum & Maroccorum, ſed etiam Carienſium. Huc magna defertur copia auri, argenti, pannorum, ſerici, coraſſi, &c. Princeps huius loci magna vtitur pompa & authoritate, ditiſſimus totius Ghineæ, tum quod varia ſub ſe habeat regna, tum quod in magna eorum parte colligatur auri quantitas, denique quod vaſallos ſuos valde premat. Hinc & equorum ſoleas facit aureas, caneſq; ornat aureis catenis. Delectatur valdè ſciẽtiis, ideoq; eò confluũt viri docti plurimi ex Barbaria lingua Arabica inſtructi, quibus rex ingentia confert munera. *Tungubutum.*

Cabra, ſubeſt Regi Tungubuti. Hic Niger fluuius in duo cornua diuiditur. *Cabra.*

Cagum, Ciuitas & ipſa hodiè paret Regi Tungubuti. *Cagum.*

Cuber. *Cuber*, ad ripam lacus magni, qui nomen desumit à dicta ciuitate. Hæc magnæ est negociationis.

Agades. *Agades*, ciuitas tanto artificio exstructa, vt nulli cedat totiu Barbariæ ciuitati. Hic magna venalis est mannæ copia, quæ in deserto eius colligitur.

Casena. *Casena*, Regem habet proprium, cui continuum cum Principe Cheni bellum. Hic monetæ loco vtuntur concharum testis albissimis.

Zanfara. *Zanfara*, hic homines sunt nigerrimi, vultu à simiis differentes, labia magna ad digiti quantitatem accedẽtia.

Guãgara. *Guangara*, metropolis suæ regionis. Principem habet proprium, eumq; auro abundantem.

S. Georgius. *S. Georgius*, colonia Lusitanorum, Episcopum suum habet. Hic Lusitaniæ Rex aliquot triremes habet, quæ littus ipsum tutentur.

Songum. *Songum*, metropolis Mandingorum, ciuitas huius tractus valdè illustris concurrentibus eò ob negociationem auri variis mercatoribus ex Barbaria & Cairo.

Cheunum *Cheunum*, vna trium ciuitatum præcipuarum Africæ. Sita est in triãgulo æquilatero cum reliquis duobus principatibus, Fessa videlicet & Cairo. Fertur cõmuni sermone Maurorum, nihil esse in toto mundo, quod in aliqua illarum trium ciuitatum nõ reperiatur. Distant autem singulæ harum àse inuicem itinere duorum mensium; est autem Cheunum (referẽtibus iis mercatoribus, qui eò proficiscuntur ex Algiero) maius quàm fuerit Niniue. Magna hic copia granorum paradisi, auri, eboris. Sola autem hæc ciuitas in tota hac Æthiopia muros habet ex maximo lapide cõstructos, in quibus portæ sunt XVIII. Hic Rex Lusitaniæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sitaniæ petiit sibi concedi factoriam, sed frustrà, cùm principes eius dissuasi essent à mercatorib. Cairi. Ciuitas hæc præ cæteris Æthiopici huius tractus maximè ciuitatem colit, pompa vtitur magna; Accesserunt hucante multos annos non pauci nobiles ex Cairo, qui vitam ducunt splẽdidam.

Pauon, metropolis insulæ S. Thomæ; Colonia Lusitanorũ, ciuitas magnæ negociationis, sed domus omnes coopertas habet paleis. Huc quam plurimi Aethiopes ab ipsis Aethiopibus venales adducuntur. *Pauon.*

CAFRARIA.

Congum, metropolis magni Regni Congi, in medio quasi ipsius Regni sita, valdè ampla, plena viridariis & pomœriis variis arboribus præcipuè palmis cõsitis. Seruiunt autem palmæ ipsis ad quoddam panni genus pilosum & subtile conficiendum. Sedes est Regis, qui per excellentiam ab incolis dicitur Mani, hoc est Dominus. Hic iam relictis idolis operâ Emanuelis Regis Lusitaniæ factus est Christianus. Misit autem eò Emanuel multos religiosos cum Iacobo di Can, qui primus hoc Regnum inuenit. Potens valdè est, ita vt quaui's occasione occurrente in campum producere possit CL. millia arcierorum; quos colligit citra vllam molestiam, cùm ei sufficiat per regnum suum mittere equitem vnum cum sagitta, & aliquibus plumis auis Chesla, quas nemo sub pœna mortis habere potest præter Regem. *Congum.*

Cumissa, metropolis sui Regni, vnde nomen recipit lacus quidam ingens. *Cumissa.*

Mazombuca. *Mazombuca*; Hic Rex Lusitaniæ arcem habet, quæ est scħala nauiũ in oriente proficiscentium, indeq; veniẽtiũ.

Benomotapa. *Benomotapa*, aliis *Manomotapa*, ciuitas Regia, domus habet ex ligno, figura pyramidali constructas. Hic residet Princeps anteà ethnicus ignem adorans, hodie videtur Euangelium amplecti, quod edoctus est à Patre Consaluo Societatis Iesu, quem etiam morte affecit.

ABASSIA.

Braua. *Braua*, ciuitas prouinciæ Aian, dictæ nouæ Arabiæ. Hæc à seipsa gubernatur consilio duodecim Scheccorũ: eſtq; sola totius Africæ respublica.

Zeila. *Zeila*, ad sinũ eiusdem nominis sita, ciuitas. Huc Mauri varia adducunt mancipia Abassina Venaria; Prætereà magna hic copia mellis, ceræ, myrrhæ, eboris, & auri, quin imò & frumenti. Hæc ciuitas ante paucos annos pugnãte Prætelano, cum Rege Adel, capta fuit à Lupo Sucires, qui successit Alfonso Alborche in India.

Adel. *Adel*, ciuitas Regia. Princeps huius sæpè bellum gerit cũ Prætelano, quem ante paucos annos etiã bello deuicit.

Adea. *Adea* ciuitas, regem habet propriũ, sed sub Abassinis.

Zambra. *Zambra* ciuitas magna: hic habitat Preteianus, qui Christianus est: nec more antiquo in campis degit, sed in ciuitate.

Zoa. *Zoa*, metropolis, hic mons est altissimus, asperrimus & inaccessibilis. Hic quasi in carcere retinẽtur filii Preteiani. Quod ideò introduxerunt Abassini, vt omnem vitarent causam ruinæ in imperio: cùm antea propter fratrum discordias multa fuerint passi.

Angot. *Angot*, hic ferrum & sal loco monetæ expenditur.

Cassomum, hic adhuc apparẽt certa templa, quæ supra rupes intra saxa constructa sunt tanto artificio, vt non cedere videantur Ægyptiis, Græcis aut Romanis. *Cassomũ.*

Ercoc, portus est, quem solum in toto littore possident Abassini. *Ercoc.*

Suachen, ciuitas habitata ab Arabibus: atq; hucusq; extenditur versus Ægyptum status Preteiani. Hodie præsidium hic habet Magnus Turcus. *Suachen.*

Barua, prope hanc ciuitatem est monasterium Bisan, quod constat ex Monachis S. Antonii. Hic viderunt Lusitani multas imagines disiectas, tum veteris tum noui testamenti, potissimum autem in omnibus templis colitur imago S. Georgii. *Barua.*

Zemeta. Hic residet Princeps quidam, quem illi vocant Barnagassum, hoc est Regem maris, qui constituitur Rex, & priuatur iterum regno à suo Domino ad libitũ, licet sit potens gestetq; coronam auream, more regũ nostratium. *Zemeta.*

Meroë, ciuitas extructa à Cambyse Rege Persiæ, in honorem sororis & vxoris. *Meroë.*

NVBIA.

Dancala, metropolis Nubiæ, diues propter copiam Santali & musci. *Danca la.*

Vri, ciuitas princeps: huius princeps vocatur Nina, hoc est, Imperator; Huic obediunt regna proxima. Confœderatus est cum Turca. Abundat auro. Arma deferuntur per mercatores ex Cayro. *Vri.*

Bornum, ciuitas ad fluui Nigri ripam, maxima & magnæ negociationis. Regem habet proprium, qui iisdem vtitur ceremoniis, quibus Rex Tungubuti. Producit *Bornum.*

ali-

aliquando exercitum centum millium armatorum contra Regem Cabi.

Sauum. *Sauum*, ab aliis dicitur Sen, hinc lacus quidam magnus & piscosus sumit denominationem.

Lagon. *Lagon*, ad ripam lacus Sauii, principem habet proprium, quem morientem comitantur omnes amici eius, & chari etiam mortem subeuntes.

Quamac. *Quamac*; hîc magna ferri negociatio, adfertur autem id ex Mandra.

Galeum *Galeum*, ciuitas magna; residet hîc magnus quidam Maurorum sacerdos: ideò ciuitas hæc à Mauris ita colitur, sicut à nobis Roma.

DESCRIPTIONIS VRBIVM VNIVERSALIS PARS QVARTA: IN QVA DE NOVO ORBE SIVE INDIA Occidentali.

NOVA FRANCIA.

Sanguinai.

Anguinai, metropolis ad fluuium eiuſdem nominis ſita: extructa ex lignis. Principem habet proprium.

Canada.

Canada, ciuitas huius terræ illuſtris: Hinc Bertones magnam quantitatem ferunt pelliũm, Ceruorum, Vrſorum, Caprarum alcium, &c.

Hocchelaga.

Hocchelaga, caput omnium harum regionum, non longè à mari. Hîc regnat proprius Princeps ab ipſis vocatus Auhoanna.

Norumbega.

Norumbega, incolas habet humanos ſatis, qui faciem ſuam colorib. depingunt pulchritudinis ergo. Hanc ciuitatem inhabitare incipiunt Galli, cùm eò ante paucos annos profectus ſit Dominus de la Rocca multis Gallis comitantibus.

FLORIDA.

S. Helenæ.

S. Helenæ, arx conſtructa à Ioanne Pardo, ad caput S. Helenæ.

S. Matthæus.

S. Matthæus, *Caennaueralis*, arx ab Hiſpanis conſtructa.

Guatturi. *Guatturi*, hodie facta est metropolis, cui præest Gubernator totius huius regionis.

Carolina. *Carolina*, arx à Gallis extructa, ad mare triquetra, cuius vnum latus respicit occasum, & continentem, fossam habet & murum, nouem passuum altitudine. Alterum latus aquam respicit asseribus & trabib. munitum. Tertium latus versus meridiem continet locum munitum, in quo ædulia area magna fuit & capax XVIII. passus longa & lata. In cuius parte meridionali milites vigilias agebant. Domus in principio foliis palmarum tectæ fuerunt. Hæc arx ab Hispanis fuit diruta.

Floridanorum ciuitates. *Floridanorum ciuitates*, sitæ communiter sunt propè fluentem & palis duorum hominũ longitudinem æquantibus munitæ, rotundę constructuntur: vbi tamen exilis est, non coniunguntur pali, sed cochleæ modo sese ambiunt; ira autem ingressus est angustus, vt duo simul tantùm ingredi possint. Ante ingressum communiter domunculæ construuntur duæ, foraminibus peruiæ, in quibus custodes seu vigiles, qui inimicorum passus etiam à longè olfaciant. Palacium Principis medium palacii locum occupat, & profundum est ad Solis calorem vitandum.

NOVA HISPANIA siue ANACHACH.

S. Stephanus. *S. Stephanus*; hîc residet Gubernator huius loci.

Villaricca *Villaricca*, magni negotii terra. Hûc nanque omnes merces, quæ Mexico vehuntur, in Hispaniam, & contra, quæ ex Hispania Mexicum.

Zapoteca. *Zapoteca*, loco mediterraneo sita, abũdat granis & coto.

Antichera *Antichera*, suum habet prælatum. Hîc antea fuit maximum templum totius nouæ Hispaniæ. Sedes erat summi

illo-

illorum ſacerdotis. Sepeliebantur quoque ibi magnates præcipui totius regionis.

Coniuacan, hîc à noſtris inuenta ſunt aliqua ſepulchra Gigantum. *Coniuacan.*

Mexicum, vulgò *Temiſtitan*, ciuitas ſitum habet ſimilem ferè Venetiis in lacu quodã, qui creſcit quinquaginta annis, & aliis quinquaginta decreſcit. Metropolis eſt nouæ Hiſpanię, & maxima totius Indię, quò veniens Fernandus Corteſus Regẽ inuenit Motezuma, quem ſui vocãt Cin, hoc eſt, Dominum, ram potentem, vt in pompa & diuitiis poſſet cõparari cum quouis monarcha noſtri hemiſphærii, in cuius aula ſępè reperiebãtur duo millia Cacichi, hoc eſt, Principes vaſalli, honoris ergò. Extra ciuitatem erant horti pulcherrimi, quos cùm viderent Hiſpani, nõ potuerunt ſatis admirari, tum ob florum odoriferorum varietatem, tum ob mirum artificium, cũ planta vna cum altera ita fuerit intertexta, vt referrẽt variorum animalium terreſtrium & auium figuras. Hodie in hac ciuitate eſt Cancellaria, Vicerex, Archiepiſcopus, Vniuerſitas, Typographia, & monetaria, qua nummi cuduntur cum inſcriptione *Plus vltra*. Sunt quoque hic omnia opificia & artes, quę in Hiſpania. Lacus huius ciuitatis circuitum habet circiter nonaginta milliarium, ad quem tam frequens eſt hominum habitatio, vt maxima totius mundi cenſeri debeat, cùm contineat vltra quadringenta millià focorum. *Mexicũ.*

Meſtilan; Hîc cum magna admiratione noſtrorum in rupe valdè alta apparet crux quædam, cum media Luna; vna imago coloris cærulei, altera albi. *Meſtilan.*

Tleſcala, metropolis ſui diſtrictus adeò granis abundãs, vt *Tleſcala.*

inde nomen desumpserit, cùm ea vox significet domum panis. Hodie maxima est totius Hispaniæ nouæ post Mexicum. Hîc prælatus residet, regiturq; ciuitas à seipsa pluribus priuilegiis dotata, nec regem in alio cognoscunt, quàm vt singuli ex nouis frugibus collectis aliquot spicas deferant ad palacium Regium, in signum obedientiæ.

Angelorum ciuitas.

Angelorum ciuitas, anteà dicta Vacipalan, hoc est, terra serpentum. Colonia est Hispanorum.

Ciolotta.

Ciolotta, antea erat Sanctuarium Deorum illorum Gentilium.

Ottopan.

Ottopan; Hic Ferdinandus Cortese cum nongentis Hispanis deuicit exercitum Indorum, qui erat centum quinquaginta millium armatorum. Hæcque fuit maxima victoria, quam vnquam Hispani habuerunt in India.

Meccioacan.

Meccioacan, anteà dicta *Zenzita*, metropolis regionis Meccioacanæ. Hîc residet Prælatus cum propria audientia. Hîc imagines conficiuntur ex plumis tanto artificio, vt naturales videantur. Hinc deferri solet Radix Meccioacana, eruiturque aurum & argentum, sulphur lapidesq; nonnulli, ex quibus conficiunt cultros pellucidos acutissimos, ita vt aciem nostrorum superent.

Tascum.

Tascum: & hic sunt mineræ insignes.

Natiuitatis portus.

Natiuitatis portus: hinc singulis annis quatuor naues Vẽdiracim versus, vbi onerantur aromatibus, pro vsu nouæ Hispaniæ. Gens est valdè ciuilis.

NOVA GALICIA.

Salisc us.

Salisc us, metropolis est loco mediterraneo sita, suum habet prælatum & concilium Regium.

Guada-

Guadalaiara, exstructa à Nonnio Gusmanno ad formam ciuitatis Hispaniæ Guadalaiara. *Guadalaiara.*

Capala, hanc quidã vocarunt nouum Mexicum propter habitationes, quæ Mexicanis similes reperiebantur: gens est armis addicta, honoriqué studet. *Capala.*

Coanum, in sola hac ciuitate totius Indiæ homines vna cum vxore sunt contenti. *Coanum.*

CIVOLA REGNVM.

Totontoa, ab hac ciuitate nomen desumit mirabilis quidam fluuius eam alluens. *Totontoa.*

Tingues, hæc obsessa à Coronando, maluit potius flammis consumi, quam incidere in manus inimicorum. *Tingues.*

Ciuola, metropolis in planicie insigni sita, hæc nomen dat ipsi regno. Hîc vela conficiuntur ex coto excellentissima, plurimaque & diuersorum colorum. *Ciuola.*

IVCATAN.

Sidalancum, Hîc solebat esse mercatus annuus insignis: concurrentibus eò mercatoribus ex variis regionibus etiam itinere mille milliarium dissitis. *Sidalancum.*

FVNDVRA.

Trogillum, Episcopum suum habet & Gubernatorem. Hinc vehi solet aurum; pretiosus quoq; ille liquor dictus Liquidambar. *Trògillum*

CVBA siue FERNANDINA INSVLA.

Hauana, Classis Regia: Hîc solet tamdiu subsistere, donec & anni tempus & ventos habeat commoda, si modò secura & citò Hispaniam repetere debeat. Hîc triremes aliquot sunt constitutæ, quæ hanc partem tutentur contra Gallos & Anglos eam infestare sdlitos. *Hauana.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

S. Iacobus. *S. Iacobus:* Hęc ciuitas extructa fuit à Iacobo Velasco, qui insulam hanc superauit. Sedes est Gubernatoris & Prælati.

BORICHEN, siue S. IOANNIS INSVLA.

S. Ioannes *S. Ioãnes:* metropolis est, sedesq; Pręlati & Gubernatoris.

S. DOMINICI INSVLA, siue ISABELLA.

S. Dominicus. *S. Dominicus,* ad ostium fluuij Ozama, metropolis est insulæ. Sedes est Archiepiscopalis: Residet hîc Gubernator, quẽ sæpe vocant Viceregem. Hîc moneta cuditur, sed non tanta quãtitate, atq; Mexici. Hîc magna negociatio auri & argenti ex Peru & Fundura allatorum, mancipiorum Æthiopum, corii bouini, Cassiæ, Guaiaci, sacchari.

IAMAICA INSVLA.

Siuilia. *Siuilia,* Gubernatoris sedes; itemq; Abbatis, qui curam habet rerum spiritualium.

NICARAGVA.

Leo. *Leo,* sedes est Episcopalis. Hîc quoque est audientia nomine Regis catholici.

GVATTIMALA REGIO.

Cassuca. *Cassuca,* portus est maris, hinc soluitur versus Peru.

Guattimala. *Guattimala,* Residentia Prælati, & Audientiæ Præsidens huius ciuitatis, solus in hac regione authoritatem habet conferendi & tollendi officia Hispanorum.

Ciapa. *Ciapa;* hîc residet Episcopus, item Gubernator, qui subest præsidenti Guattimalæ.

CASTILIA D' ORO.

Nombre de Dios. *Nombre de Dios,* ciuitas ædificata à Petro Arias: Hûc

appel-

appellunt naues ex Hiſpania onuſtæ mercibus, quæ poſtea deferuntur in Peru.

Panama, ciuitas magnæ negociationis ad mare ſita, extructa eſt à Petro Arias ob maximam quantitatem, quam ibi piſcantur, Sadmiarum. Sedes hoc tempore eſt Gubernatoris. *Panama.*

CARTAGENA.

Cartagena incolis dicta *Calmar*: Similis eſt ciuitati Cartagenæ in Hiſpania, ideoq; ab Hiſpanis impoſitum huic eſt nomen. Sedes eſt Gubernatoris & Prælati. *Cartagena.*

Abuiba, hîc putantur ab Indis occultati eſſe maximi theſauri. *Abuiba.*

S. Marta, ciuitas inſignis; ſedes eſt Gubernatoris & Prælati. *S. Marta.*

Venezzuela, ciuitas ſita in ſinu maris. Hîc reſidet alius Prælatus & Gubernator. *Venezzuela.*

Calis, ciuitas noua in inſula Cubagna, extructa ab Hiſpanis; propè hanc ciuitatem fons eſt odoriferus, qui incolarum ciuitatis ſanitatem tutatur. *Calis.*

GRANATA NOVA.

Tunia, ciuitas huius regni maxima, valdè amœna; exactè ſub æquinoctiali ſita. *Tunia.*

Tochaime, ad fluuium magnum Bogota, metropolis eſt valdè amœna, in plano ſita: Hîc ſedes eſt audientiæ, præſidentis, Archiepiſcopi, qui etiam præſidet S. Martæ. *Tochaime*

ANDALVZZIA NOVA.

S. Spiritus, metropolis eſt regni. *S Spiritus*

Tocoium, ciuitas inſulæ S. Margaritæ, ſedes Gubernatoris cuiuſdam. Hîc lapides reperiuntur arenã attrahentes. *Tocoium.*

BRASILIA siue S. CRVX.

Pernambucum.

Pernambucum, Episcopum habet proprium; residetque hic nonnunquam Gubernator totius Brasiliæ: in huius montibus inuenitur lignum Brasilianum totius Indiæ optimum.

S. Anna Equitum.

S. Anna Equitum, metropolis cum suo Episcopo & Gubernatore.

Ascensio.

Ascensio, vna ex maximis ciuitatibus est huius regionis, quæ plurimùm creuit propter regionis fertilitatem, aerisque salubritatem.

PERV REGNVM. NOVA CASTILIA.

S. Iacobus.

S. Iacobus, ciuitas paululum intra terram sita, metropolis est prouinciæ Cile. Hîc est audientia & proprius prælatus.

Cocimbũ.

Cocimbum, habet suum Episcopum.

Villa diues.

Villa diues, Imperialis vocatur ab Hispanis, qui supra plurium ędes inuenerunt aquilam duobus capitibus insignitam: Hodie est vna ex optimis ciuitatibus Cilæ, in qua sunt vltra trecènta millia Indorum ædes habitantium, qui omnes seruitia præstant Christianis.

Arechipa.

Arechipa, Colonia Hispanorum, celebris ob copiam auri & argenti, quæ eò vehitur ex Ciarchis.

Regis ciuitas.

Regis ciuitas, aliàs dicta *Lima*, à Valle in qua sita est. Hic residet Cancellaria, Archiepiscopus & Vicerex. Præterea schola hîc est, cui præfecti sunt Iesuitæ. Non scitur vel hîc vel in vicinis locis pluisse vnquam, imò hic perpetua est aëris temperies, quam plurimi ascribunt ventis ibi

regnantibus continuis Auſtrinis. Hæc ciuitas ab Hiſpanis ſupra omnes ciuitates, non Peru tantùm, ſed & totius Indiæ ornata eſt pulcherrimis palatiis & plateis. Maxima quantitas tum auri tum argenti hûc defertur, ideò confluunt ad eam varii mercatores, Hiſpani, nec aliis quam Hiſpanis ibi negotiari licet: per eoſdem quoq; mercatores quidquid pretioſum habet Europa, quidquid Africa, id omne ad hanc defertur ciuitatem.

Guaiachil, Guaiachil

hæc ciuitas accepit nomen à fluuio cognomini, qui varias curat infirmitates, ſi quis vel aquam eius bibat, vel ea ſe abluat.

Portus antiquus; Portus antiquus.

Hæc ciuitas propriũ Prælatum habet Româ quidem miſſum, nominatũ tamen à Rege Cathol.

Manta; Manta.

Hic Indiani incolæ ſoliti fuére adorare Smaragdum magni pretii, quem abſconſum noluerint Hiſpanis oſtendere, omnes ferè diris tormentis affecti interempti fuerunt.

Argentea, Argentea

metropolis regionis Cirache; hodiè hîc eſt audientia & collegium Societatis Ieſu.

Pax, Pax.

caput regionis Collai.

Dindanacum, Dindanacum.

hîc ædificia maxima inueniuntur, vt non ſine cauſa mirari quis poſſit, quomodo gens barbara, quæ nunquam vſa eſt iumentorum in ponderibus vehendis aut trahendis opera, cui vſus ferri ignotus erat, talia tamq; inſignia, quæ etiam in Europa ſtuporem adferrent, potuerit erigere.

Cuſcum, Cuſcum.

metropolis Indiarum, celebris ſua magnitudine. Hîc anteà reſedit Inga, qui erat princeps maximus Indiæ. Poſtquam autem hæc ciuitas redacta eſt in poteſta-

tem Hiſpanorum, obſeſſa fuit à Toianga Tupange exercitu ducentorum millium hominum, ſed Deus tutatus eſt ciuitatem per Angelum albo habitu veſtitum pro ciuibus pugnantem. Singuli Caciche, hoc principes vaſalli in hac ciuitate habuêre palatium. Hîc quatuor concurrunt viæ regiæ in forma crûcis: quæ eſt omnium earum, quæ in hiſce Indiis inuentæ ſunt, ſplendidiſſima. Cùm enim extenſæ ſunt ad duo milliarium, tranſeunt per montes ſolos æquatos, valles repletas. Prætereà ad ſingulas minimas diſtantias palatia extructa ſunt Regalia: latera viarum arboribus plerunq; vmbram efficientibus munita ſunt.

Sauſa. *Sauſa*, hic multæ ſunt mineræ auri, quas poſſident certi Hiſpani, ita vt quintam partem Regi Hiſpaniarum pendere teneantur.

Guamanga. *Guamanga*; propè hanc ciuitatem magna colligitur argenti viui copia.

Caſamalca. *Caſamalca*; Hîc Franciſcus Pizarus exercitu centum quinquaginta Hiſpanorum victoriam obtinuit contra Atabaliba, qui militem habebat incredibilem.

Paciacama. *Paciacama*: Hîc erat celeberrimum templum huius regni, conſecratum Soli. Ex huius templi ſepulchris Hiſpani ingentem vim auri extraxerunt.

Tomobãba. *Tomobamba*, hîc inuenta ſunt palatia totius Peru pulcherrima, ornata picturis variorum animalium aureis & argenteis.

Chittum. *Chittum*, hîc eſt Audientia nomine Regis Catholici.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

POPAIAN REGIO.

Popaian, metropolis extructa à Sebastiano Belalzar, qui hanc regionem superauit. Hîc residet hodie Gubernator; estq; sub audientia ipsius Bogota. *Popaian.*

Cartago, ciuitas vna ex optimis huius regni: prope quam radices adnascuntur certis arboribus, quibus Hispani vtuntur loco Rhabarbari. *Cartago.*

FINIS DESCRIPTIONIS Generalis.

DE EMINENTIA ET SPLENDORE THEATRI HVIVS MVNDI, QVODQVE IN OMNIBVS LOCIS HOMINES sint; atque à Deo alantur & sustententur, Carmen, in gratiam doctissimi viri, Dn. M. Ioannis Helderi, celebris Gymnasii Gothani Rectoris, scriptum à Wendelino Helbachio Molybergense Thuringo, P.L. Anno 88.

Psal. 65. Die Wohnung in der Wüstē sind fett / daß sie trieffen / vnd die Hügel vmbhero lustig. Die Anger sind voll Schaffe / vnd die Awen stehen dicke mit Korn / daß man iauchtzet vnd singet / &c.

NIL vacuum toto reperitur in orbe, sed oris
In cunctis homines vult habitare Deus.
Sit licet hirsutus locus, aut scopulosus & asper,
Et sterilis saxis penè tegatur humus.
Sic homines multis in finibus esse videmus,
Penè vbi non homines viuere posse putes.

Sic de zona torrida scribunt Astronomi

Pars madidos habitat nidos, pars altera siccos,
Hæc delectatur vallibus, illa iugis.
Alpibus in celsis ita plurima turba moratur,
Qui de Germanis, arua Latina secant.

Latium iam Italia. Pyrenæi in finibus Galliæ propè Gasconiam.

Multa colunt etiam Pyrenæos agmina montes,
Ac homines Nebrus, Nisus & altus, habet.
Heluetico sq; habitant nexi quoq; fœdere muros,
Nil vbi quàm petras, & iuga celsa vides.
Inq; locis, homines habet Hesidos ora, iugosis.
Ac homines passim saltus Othonis habet.

Saltus Othonis vulgò der Ottenwaldt. vide Munsterum lib. 3. de German. cap. 362.

Et scopulos homines pendere videmus ad altos
Hennebergiaci sub ditione ducis.

Atque

Atque fouent hominum populoſus vndique cœtus,
Herciniæ tractus, Thyrigetumque nemus.
Adde Bohemorum (quos Teutones vndique cingunt)
A Bauaris cultum quod fuit ante nemus.
Inſuper excelſos habet inclyta Francia montes,
Quos homines omni parte habitare ſolent.
Vnde vides paſſim celſas in rupibus arces,
Nobilibus multis principibuſque coli.
Quin & Hyperboreos hominum quoque plurima montes,
Turba ſub Arctoa frigiditate colunt.
Talis & hoſpitium mortalibus inſula præbet,
Quam nec Arabs vidit, terra nec vlla prius.
Eſt quibus ignotus rex Chriſtus & incola cœli,
Se pecudumque putant inſtar obire diem.
Sic homines calido, fert terra, propinqua Canopo,
Sic homines Boreas veſper & ortus habet.
Quoſque pedes ſcimus aduerſus ſiſtere noſtros,
Alter vbi calidam conſpicit axis humum.
Hi ſimili quamuis non commoditate fruantur,
Felicem quiſquis ſe tamen eſſe putat.
Et ſua præ reliquis arridet patria cuique,
Quodque colit vitæ ſoſpes in orbe genus.
Vnde fit hic verum, vulgo quod dicitur illud,
Cuiq; ſuum pulchrum eſt & ſua quiſq; probat.
Omne ſolum forti patria eſt, & vbique morari
Nouit, & in toto conſulit orbe boni.
Hic dubio totam traducit in æquore vitam,
Nil præter nubes, & freta lata videns.
Hunc iuuat ad curſus, & amabile murmur aquarum,
Degere, quas Muſis dixeris eſſe ſacras.
Hunc iuuat in ſyluis tacitam traducere vitam,
Hunc teneræ valles prataque picta iuuant.
Rus colit hic, alter munitas turribus vrbes,
Hic celſa vitam lætus in arce terit.

Inſulæ in America quas Ioh. Staden. Homberg. primum deſcripſit & aliquot annos in his vixit. Antipodes.

Cic. Patria eſt, vbicunque bene eſt.

Bidermans Erb in allen Landen.

Schiffleut. Teſte Lotichio.

Aulica vita

Vnde vides homines vtroque sub axe morari,
Nec vacuus toto quod sit in orbe locus.
Sed licet hi passim variisq; morentur in oris,
Nec cuncti norint, qui colit astra, Deum.
Nec quærant omnes in Christi morte salutem,
Hos tamen æternus nutrit vbique pater.
Paulo teste. (Namq; dat iniustis iustisq; fideliter imbres ,,
Tamq; bonis fulget Cynthius atq; malis.) ,,
Et sua sors cuique est, &, quem suus ordine cunq;
Distribuente Deo nutrit in orbe status.
Gen. 3. cap Quilibet & viuit manuum sudore suarum,
Iussit vt omnipotens viuere quemq; Deus.
Monarc hæ & potētes. Facultates. Sic illum grauitas alit atq; potentia sceptri,
Hunc vox doctrinæ plena salubris alit.
Theologia uriſprudentia. Sic quod diuitiis cultores pluribus auget,
Diuite Ius illum nutrit vtrumq; situ.
Medicina. Quodque Tonans omnis dedit ægrotantis ad vsum,
Hunc studium Medicæ suauiter artis alit.
Artes liberales. Diues adhæc etiam Medicorum portus & aura,
Mixtura viuit Pharmacopola sua.
Grammatica. Hunc ars prima Scholis alit in triuialibus, instar
Quæ reliquas artes clauis adire facit.
Dialectica Illum, quæ sequitur Dialectica nutrit, & illum,
Rhetorica. Tertia, de celebri, Rhetore nomen habens.
Musica lætitiæ comes. Illum dulcis alit quæ fertur in ordine quarta.
Musica, mortales cœlicolosque mouens.
Arithmetica. Conueniens, illum, tribuit cui nomen Arithmus
Ars, & in hac serie quinta vocatur, alit.
Astronomia. Sexta planetarum cursus & signa globosque
Monstrans hunc nutrit diuitis instar agri.
Geometria. Illum metiri quæ cuncta scientia nouit
Quicquid habet tellus, quicquid Olympus habet.
Ouidius. Hinc Pelignus eos vates ait esse beatos,
Illa, quibus primum discere cura fuit.

Hunc sua culta chelys, licet illa carere feratur
Fruge, vel inuidia pressa furenter, alit. Poesis.
Quosque fouent Reges Comitesq; Ducesq; potentes, Schreiber.
Hos calamus patula nutrit in aure strepens.
Clauibus hic alitur, notasque trahendo canoras,
Rector & horarum quod vigil esse solet.
Atque magistratus collector in vrbe tributi,
Corporis hinc locuples fert alimenta sui.
Libraque iusticiæ soboles, hunc publica nutrit.
Luce carens illum carcer opertus alit.
Illum cura fori, cibat hunc inspectio fontis, Außruffer.
Qui ductus vitreas eiaculatur aquas. Vt moris est in nonnullis regionibus.
Conuocat hic madidos ad dulcia vina sodales,
Clamorisque sui præmia digna capit.
Hunc nemorum tacito custodia tramite nutrit,
Hunc vini, hunc frugum cura fidelis alit. Artes manuariæ.
Hic cumulat plures lethali puluere nummos, Bombardas Monachus nomine Berchtoldus Schwartz. Anno 1380. inuenit.
Tristia qui multis funera ferre solent.
Bombardas victum parat hic fabricando crepantes
Fama cuculligerum, quas reperisse refert.
Ille sibi sumptus quærit faciendo papyrum, Papirmacher.
Ars licet hæc fuerit non ita nota diu.
Et qui literulas ex plumbo fundit ad vsum, Schrifftgiesser.
Calcographi nummos colligit inde sibi.
Hic excudendo fit dives in vrbe libellis Buchdrucker.
In variis linguis quos Philomusus habet.
Hac sub vtroq; polo non arte venustior ars est, Laus Typographiæ.
Gratior & doctis commodiorque viris.
Cuncta teneremur digitis si scribere nostris, Vide Sebastianũ Mũsterum cap. 95. de German.
Quæ typicus celeri suggerit arte labor:
Tota libris hodie substantia nostra parandis Es kan jetzt ein geringer Student so viel Bücher zeugen / als
Quos vsus poscit, vix satis esse queat.
Quæue colore nigro tingit studiosa papyrum
Obruta perpetuo dextra labore foret.

Ergo

zuuor ein König.

Ergo pro tali grates tibi dicimus arte
Omnipotens, cœli qui colis astra Deus.

Acker vnd Bauwleut. Weinschencken.

Hunc, decus Ausoniæ prænobile gentis aratrum
Vnde perenne gerit, nomen Osiris, alit.
Hunc fluxu grauidæ sustentant diuite vites,
Qui modicè sumptus pectora læta facit.
Hunc lupulus fixis innitens fustibus altus,
Ad Cereris spectans pocula grata, beat.
Mansuetæ volucres dant huic alimenta, pecusq;
Melleq; cultorem quæ vaga mulcet apis.

Gärtner.

Hic varios flores & oluscula plantat in hortis,
Vendere quos passim non sine fruge potest.
Falx alium curuata, bidens hunc nutrit acutus,
Cum pratis illum pomifer hortus alit.

Müntzer.

Hunc alit in regum generosa moneta culinis,
Fulgida, cum docta, fabricat æra, manu.
Hic variis herbis alitur, quas plantat in agris,
Ordine quas cernit crescere ritè suo.

Buchbinder.

Hic compingendo nutritur in vrbe libellis
Qui muta iuuenes voce docere solent.

Mater. in qua nostro tempore excellũt Galli.

Grataq; vel cuiuis hunc ars pictoria nutrit,
Insculpens cupro comparat inde cibum.
Ille sed historias, vultus, insignia, pugnas
Quæ decus & multum pulchra nitoris habet.
Arcubus hic alitur, volitantibus ille sagittis,
Hunc alit in vigili succida lana domo.

Böttcher.

Quam plures illi pariunt caua dolia nummos,
Præcipue vitis cum solet esse ferax.
Huic chordæ præbent, huic dulcia fercula setæ,
Atq; labore suo fert lapicida cibum.
Hunc vacuo nutrit nymbosus in aere ventus,
Hunc velocis alit cursus opusq; molæ.

Steinmetzer.

Müller.

Hunc crepitans forfex, illum vaga planula nutrit,
Hunc funes, illum stricta securis alit.

Messerschmidt.

Hic

Hic ſibi nigra parat plures per ephippia nummos,
Quæ ſedes equitum nobilis eſſe ſolet. — Sattler.
Ille tapeta ſibi faciendo colligit aurum, — Teppermacher.
Qua celebris quondam Paulus & ante fuit.
Huic bullæ ſumptus, huic ars ſculptoria præbet, — Drechsler.
Hos, incus, illos præuia nutrit acus. — Schneider.
Quíque gerit ſculpta ſolers ab imagine nomen, — Bildſchnitzer.
Vt faciat ſumptus hic quoque lætus habet.
Illum turnus alit, cultor tonſorius illum, — Barbirer.
Pileus hunc, crines quo cumulantur, alit.
Hic luteas alitur ſaxis ſternendo plateas,
Ne iuuenis maculet comptaque virgo pedes.
Quæritur huic fortes condendo pecunia muros,
Cum lapides, tanquam glutine, calce ligat.
Hic alitur cribris, faciendis ille feneſtris,
Hos pelles, illum furnus aduſtus alit.
Hunc placidum patria ſuſtentat in vrbe macellum,
Hunc alit excutiens lintea fila ratis. — Fleiſchhawer.
Hic alitur diſcis, cochlearibus ille cauatis,
Hic ollis, alius cortibus, ille vitris. — Töpffer. Gläſener.
Hunc varii calices, hunc cantharus æreus, illum — Kanngiſſer.
Ligneus, ex ligno ſtructaque vaſa cibant. — Schöſſler vnd Tellermacher.
Hic alitur tractu ſaxis præbentibus ignes,
Hunc ſeuum, hunc nexo fomite ſulphur alit. — Welcker.
Hic alitur plumis, ars hunc fullonia nutrit,
Comparat ex duris oſſibus ille cibum.
Hunc alit aſpirans attractum corpore ventum — Blaßbelcker.
Follis, & accendens vrere ligna facit.
Cuius & à digitis luſoria carta paratur. — Cartenmacher.
Res eſt vendibilis, proſpicit ille ſibi.
Illi ſuppeditat fornax calcaria nummos, — Kalckbrenner.
Et ſuus hunc patria nutrit in vrbe color. — Weißbender.
Suauiter hunc tectis caua tegula nutrit in altis, — Ziegler.
Hunc glaucus ſimili conditione lapis. — Steindecker.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Garkoch. Hic pecudes alitur mactando coquendoq; Sponsis,
Spielleut. Hunc thalami cantans gaudia nutrit ebur.
Bergleut. Hic fodit in tenebris ex montibus æra profundis,
Schmeltzer. Hic sed vt illa fluant igne crepante facit.
Hunc μύρμιξ fodiens altis ex collibus aurum
Edelgesteinsucher. Indica, & hunc pingui corpore taxo beat.
Colligit hic sicco nitidas in littore gemmas,
Hunc bombyx nummos accumulare facit.
Longinquis illum Dromodarius altus ab oris,
Tiriacks-krämer. Aut Histrix ductus vel leo fortis alit.
Qua solet huc vnguenta suas extrudere merces
Zanbrecher. Stentoreus media nutrit in vrbe sonus.
Hic res venales exclamat in vrbe per orbem,
Kauffleut in allerley Wahr. Corpus & inde suum quo foueatur habet.
Pauperiem fugiens hic lata per æquora duram
Würtzkrämer. Nauigio merces inde vel inde vehit.
Hic aliis alitur mercator aromata vendens,
Gauckler. Fercula quæ multum condecorare solent.
Compositis alitur variabilis histrio scenis
Wein vnd Bierschēcke. Plurima qui magna præmia laude capit.
Quiq; solet reliquis defendere caupo falernum
Et Cereris succos, hinc vt alatur habet.
Hic etiam madidi concurrunt vndiq; fratres
Jäger. Vt Bromii læto pectore festa colant.
Hunc clamosa iugis venatio nutrit in altis,
Kriegsleut. Hunc fera belligeri præ lia Martis alunt.
Atq; sua dulces ferbarte palestricus escas,
Quam iuuenum valdè cæcus amare solet.
Postbotten. Huic celeri cursu dat fercula grata veredus,
Hunc data portantem grammata nutrit iter.
Steinmetz Hic lapides alitur fodiendo ex collibus altis,
E quibus heroes culmina celsa parant.
Adde quod ex illis quoq; mœnia summa struuntur,
Quæ munire solent totius vrbis opes.

Ad

Ad pontes etiam decernitur vſus eorum
In quibus,& cellas, dulcia vina iacent.
Inſuper ad muros opus his vice ſepis habemus
Vtque prius dixi purificando vias.
Hunc biroti nutrit moles, hunc currus onuſtus.
Hunc ſcapha, quæ tutum trans vada præbet iter.
Hunc alit æquoreis iniectus in amnibus hamus,
Fercula conuiuis qui dare lauta ſolet.
Ille coquit Cereris dulcis ex munere ſuccos,
Potio quo melius non placet vlla mihi.
Hic alitur lignis, alius carbonibus atris,
Hic alitur luteos ædificando lares.
Vt ſolet eſſe frequens regionibus illud in iſtis,
Quæ pariter ſaxis arboribuſque carent.
Hunc pix ex abie quæ defluit arbore, nutrit,
Hunc coryli duro cortice fructus alit.
Hic volucres alitur viridi capiendo ſub vmbra,
(Qua delectatus Cæſar & arte fuit)
Idque modis variis, obducto hic gramine ferro
Vtitur, hac paſcer fallitur arte nocens.
Vtitur hic pedicis, hic retibus vtitur, illi
Fiſtula conducit qua capiantur aues.
Vtitur obdûcens hic glutina ligna tenaci,
Implicat has pariter blandus & arte capit.
Allicit his volucres affixus in aere palo
Bubo, admirari quem ſolet omnis auis.
Hunc qua multiplices, hominum plantantur ad vſus,
Res eſt nota, ſalix præbet amara cibum.
Eruit ex terris radices ille ſalubres,
Quæ decus in medicis artibus eſſe ſolent.
Hic herbis alitur quas terra dat alma quotannis,
Ex betulis illum virga putata cibat.
Hic alitur ſertis varii nitidique coloris,
Grande puellarum quæ decus eſſe ſolent.

Reuwrer.
Wegſetzer.
Fuhrleut.
Schiffman.
Fiſcher.
Wiert.
Bierbrawer
Holtzhawer
Köler.
Kleiber.
Hartzmacher.
Rußträmer.
Vogelfänger.
Mähter,
Garnſticker
Pfeiffmacher.
Pflantzer.
Wurtzelgräber.
Virg. in Moret.

Hic fungis alitur, ſint frigida fercula quamuis,
Hic fragis, viridis quæ dare ſylua ſolet.
Ille minutatim conſcindere ſtramina ferro
Callet, & hac victum ſedulus arte parat.
Huic decerpta ferunt ſolitos baccinia ſumptus,
Et bona quæ rubeo mora colore placent.
Hic epulas fruges parat excutiendo flagello,
Gratus aratorum qui ſolet eſſe labor.
Hic alitur fecibus vinum cum vendit aduſtum,
Cos illum pedibus quaſſa rotunda cibat.
Hic vario nummos vendendo quotannis ineſcat
Semine, quod nuptæ tempore veris emunt.
Ille gregem victum paſcendo quærit, & ille
Excubias noctu fercula quærit agens.
Quemque ſuo ditant obeuntes funere mortem,
Veſpillo precium dulce laboris habet.
Sit ceciniſſe ſatis de victibus illud honeſtis,
Nunc etiam turpes enumerare iuuat.
Hic fit adulando regum perdines in aulis,
Hic alios victum quod malè tradit habet.
Hic larium nares victum ſibi comparat arctas,
Purgando, fœdus ſit licet iſte labor.
Colligit hic pauper per rura per oppida ſtipem,
Corpus & incoſto gramine fundit iners.
Hic ſteriles reddit pecudes, pinguedine corpus
Maiori poſſint vt decorare ſuum.
Præterea ſurſum modo qui modo vero deorſum
Voluitur, hac quærit conditione dapes.
Cuius & in digitos baculus volitare videtur,
Bruchus vt in ſpinis, hinc capit ille cibum.
Iocus. Hic alitur furto, res eſt notiſſima, donec
Litera carnificis longa ſit ille manu.
Vnde ſibi victum quoque comparat ille, ſibique
Hoc prodeſt, aliis quod fera damna tulit.

Ille ſolet putridas etiam purgare cloacas,
Non alium potius conuenit iſte labor.
Et precium tali iuſtum ſudore meretur,
Nam fœdo nares implet odore ſuas.
Et ſi præterea quis in hoc manuarius orbe eſt,
Quem ſua ſuſtentat qualibet arte manus.
Quos breuis in magnum ne creſcat Muſa volumen,
Hic mihi nequaquam commemorare datur.
Holce Dei bonitas totum patris alma per æuum
Suſtentat, paſcit, ſeruat, adauget, alit.
Ergo ſit æternos huic gloria ſumma per annos
Quod nos, & quouis ſic alit ipſe loco.

Triburii, die Philippi & Iacobi. Anno 1588.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX OMNIVM VRBIVM, OPPIDORVM, ARCIVM ET MONASTERIORVM, QVÆ IN HOC Theatro describuntur, locupletissimus.

A.

ABdera 243
Aberdonia. 4
Ablenga 183
Abum 250
Abviba 365
Acerenza 223
Acris 307
Adana 306
Adea 356
Adel ibid.
Adem 319
Adrianopolis 243
Agades 354
Agacin 335
Agora 327
Agras 225
Alata Castra 4
Alba Græca 179
Alba 303
Albanum 196
Alcaruanum 348
Alcata de Henares 11
Alcazer Guer 345
Alcozor 353
Alduſia 278
Aleppum 308
Alexãdria, iã Derbent 317
Alex in monte Feraci 205
Alexand. in Ægypto 350
Alexium 239
Algherum 231
Algier 346
Algirum 393
Alibinali 319
Alicarnaſſus 304
Allenſtein 277
Almiſtah 247
Aloſtum 57
Allomonte 222
Aluati 317
Amandabat 326
Amalfi 321
Amangucci 346
Amanſifilirina 319
Amaſia 305
Ambiauum 26
Amicla 193
Amiens 26
Amorfordia 32
Amſdelrodamum 31
Anagna 197
Anchiola 306
Ancona 199
Andegauia 16
Andragida 334
S. Andreas 302
Angelorum ciuitas 362
Angeloſtadium 172
Angenburgia 276
Angiera 208
Angor 356
Anian 342
Anion 16
S. Anna Equitum 366
Antea 344
Antichera 360
Anticira 240
Antiochia 308
Antiquæ Cellæ 119
Antvverpia 61
Aphrodiſium 348
Aquila 229
Aquileia 217
Aquiſgranum 69
Aquita 338
Arach 318
Arachan 328
Ararangia 246
Arbella 315
Arboi 250
Arcadenò 318
Arcas 309
Arctauium 140
Ardauat 325
Arduin 318
Arechipa 366
Argentea 367
Argentina 154
Ariccia 196

Arminig 315
Ariminum 200
Armach 1
Armiro 242
Arnemund 37
Arnhemium 72
Arnſpergum 77
Arnſpurgum 151
Aroſia 250
Arpinum 229
Arras 78
Aruaſia 241
Arzerum 315
Aſcalon 309
Aſcherad 282
Aſcenſio 366
Aſciſium 198
Aſencefa 314
Asloia 247
Aſna 352
Aſoli 200
Aſtrachan 298
Athenæ 241
Atrebatum 78
Attela 222
Aua 328
Auca 10
Audomaropolis 78
Auenio 25
Aueſnæ 81
Auguſta, antea Megara 231
Auguſta Rauracorum 157
Auguſta Vindelicorum ibid.
Auguſtovv 262
Aurelia 24
Aurichium 39
Azzottum 352
Azon 338
Azoph 301

B.

Babylonia Aegypti 351
Baccu 318
Bach 339
Badena 162
Badis 285
Bagaded 312
Bagnara 224
Baia 218
Balaſſan 325
Balga 275
Bamberga 142
Bamblacot 330
Bandum 337
Bar 265
Barca 350
Barcellona 12
Bardorum vicus 103
Barium 228
Barletta ibid.
Barma 331
Barro 334
Bartonia 278
Bartonia 276
Barua 353
Baſcapan 317
Baſilea 157
Baſſora 320
Baſtea 281
Bata 347
Batacala 328
Bauacum 27
Baytia 276
Bazaim 325
Bazar 305
Beggia 348
Beletri 196
Belgradum 238
Bellogrado 179
Belz 263
Bembar 329
Bendan 335
Benecuentum 229
Bengala 327
Benomotapa 356
Bercholm 284
Bergelauia 278
Bergia 247
Bergomum 206
Biſanzon 17
Beſchent 321
Betania 310
Bethlehem ibid.
Bethumia 79
Betſaida 309
Betſames 352
Betulia 310
Beuona 223
Biana 177
Bider 328
Bidgoſtia 256
Biecz 251
Biela 290
Bieleiczioro 295
Bielsko 259
Bilbaum 12
Biſantium 244
Biſcari 348
Biſchoffſtein 277
Biſerta 347
Biſnaga 330
Bituris 15
Blokaus 281
Blonye 260
Bobroisko 268
Bocan in Balaſſia 325
Bocan in India Medit. 331
Bochara 338
Bodon 612
Bolsvvardia 45

Bolo-

Bolonia 26
Bona 347
Bonifacius 231
Bononia 202
Bopardia 89
Borga 250
Boriſſovv 268
Borneí 335
Bornum 357
Boſonium 178
Bourdeaux 15
Bourges ibid
Brahila 245
Brandenburga 275
Brandenburgum 103
Brandenburgum 277
Braslavv 266
Bratislauia 267
Braua 356
Brema 116
Breſcia 205
Breſinia 256
Breſtia ibid.
Breſtia 269
Brezania 266
Brin 177
Briſacum 156
Britta 202
Brixinia 180
Bruga 50
Brunduſiúm 227
Brunopolis 104
Brunſvviga ibid.
Bruxella 66
Bubaſte 352
Buda 178
Budaſan 323
Budorchis 138
Bugia 346
Bungum ibid.
Burdegalum 15
Burſia 305
Cameoyec 264
Cameracum 10
Campa 62
Campena 239
Campion 261
Campodunum 24
Campoueria 20
Camyeniec 353
Canada 324
Candabara 304
Candelara 341
Candelona 331
S. Canderia 13
Candia 338
Candiano 309
Canea 353
Canor 217
Cantabrigia 341
Cantervvarbori 351
Canton 222
Capala 328
Capetit 319
Capha- 365
Capis 297
Capo di Leuca 230
Capua 339
Caput Limitaneorum 247
174 220
Caracoran 27
Caraian 243
Caramit 254
Caridia 365
Carolentinum 248
Carolina 231
Cartagena 200
Cartago 325
Carthago in Tuniſi R. 326
347 342
Caſamalca 14
Caſena 330
Caſimiria 2
Caſſelia

Bolonia 26
Bona 347
Bonifacius 231
Bononia 202
Bopardia 89
Borga 250
Boriſſovv 268
Borneí 335
Bornum 357
Boſonium 178
Bourdeaux 15
Bourges ibid
Brahila 245
Brandenburga 275
Brandenburgum 103
Brandenburgum 277
Braslavv 266
Bratislauia 267
Braua 356
Brema 116
Breſcia 205
Breſinia 256
Breſtia ibid.
Breſtia 269
Brezania 266
Brin 177
Briſacum 156
Britta 202
Brixinia 180
Bruga 50
Brunduſiúm 227
Brunopolis 104
Brunſvviga ibid.
Bruxella 66
Bubaſte 352
Buda 178
Budaſan 323
Budorchis 138
Bugia 346
Bungum ibid.
Burdegalum 15

C.

Cabillonum 268
Cabra 335
Cabul 357
Cacauus 178
Cacianſum 15
Cacum ibid
Cæſarea Auguſta 245
Caſa 275
Cafarnaum 103
Cagum 277
Caieta 266
Caindum 267
Cairum 356
Calabria 116
Calacut 205
Calaiate 256
Calamar ibid.
Calami 269
Calaris 266
Calba 177
Calcis 156
Cales 202
Caleſium 180
Calipolis 50
Calis in Polonia 227
Calis in Cartagena 104
Calmet ibid.
Caluum 66
Camarinum 352
Cambaia 178
Campanael 323
Campalum 138
Camberinum 346
Camboia ibid.
Cambrigde 15
Cameoyec 264
Cameracum 10
Campa 62
Campena 239
Campion 261
Campodunum 24
Campoueria 20
Camyeniec 353
Canada 324
Candabara 304
Candelara 341
Candelona 331
S. Canderia 13
Candia 338
Candiano 309
Canea 353
Canor 217
Cantabrigia 341
Cantervvarbori 351
Canton 222
Capala 328
Capetit 319
Capha- 365
Capis 297
Capo di Leuca 230
Capua 339
Caput Limitaneorum 247
174 220
Caracoran 27
Caraian 243
Caramit 254
Caridia 365
Carolentinum 248
Carolina 231
Cartagena 200
Cartago 325
Carthago in Tuniſi R. 326
347 342
Caſamalca 14
Caſena 330
Caſimiria 2

Cassclia 92
Cassomnna 353
Cassuca 364
Castel nouo 225
Castiglione 223
Castrum puellarum 99
Castrum Tyrolense Regium 180
Castrogianum 232
Castromovvgorod 286
Catama 236
Catanzarum 225
Catarum ibid.
Catharinæ monasterium 318
Catigan 327
Cantuaria 2
Cauala 243
Caul 329
Caunia 274
Cazantin 342
Ceretum 198
Ceria 186
Cerigo 246
Cesarea 308
Cespetir 327
Cestia 276
Ceua 205
Ceuta 345
Chabno 270
Chalcedon 303
Chale 328
Challon 20
Checiny 252
Cheiuan 334
Chelim 332
Chelm 264
Cheronia 242
Chesmur 327
Cheunum 354
Chiang 342
Chiantai 331
Chilonium 113
Chiminar 321
Chirechitalas 339
Chirmain 322
Chitor 327
Chittum 368
Chlopigrod 286
Chormum 305
Chmielnik 266
Chorazzan 323
Chrasniftavv 264
Chriftaterder 276
Chriftburga 279
Ciapa 364
Cinceum 332
Cinche 336
Cingapura 330
Cintia 275
Ciololla 362
Ciorza 342
Ciotoza 273
Circaffi 271
Cirene 350
Cirote 331
Citta Caftellana 192
Ciuita de Chieti 229
Ciuola 363
Clarentia 240
S. Clementis templum 338
Climmacum 81
Cliuium 73
Cluffi 188
Coanum 363
Cobinam 322
Coccin 328
Cochean 332
Cocimbum 366
Cocincina 331
Coctum 351
Cognum 306
Coia 337
Colan 329
Colimbria 6
Colmaria 154
Colmenfe 278
Colmogara 294
Colomnia 263
Colonia Agrippina 81
Colonia Quartanorum 174
Coluga 288
Columbus 329
Complutum 11
Compoftellum 12
Comum 206
Conca 200
Condatum 81
Congeffima 346
Congum 355
Conimbria 6
Coniuacan 361
Conlentia 222
Conftantia 160
Conftantina 348
Conftantinopolis 244
Conftrolm 250
Copie 226
Coppa 317
Coras 340
Corato 240
Corazzam 317
Cornetum 186
Cornu Bifantii 245
Coroneburgum 120
Coronia 128
Coropogia 294
Corfira 287
Cortyna 246
Corynthus 240
Cofa 168

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Cosan 279
Cosmopolis 186
Cospotir 327
Cotan 339
Cotelnicz 286
Covvno 267
Coymbre 6
Cozzach 225
Cracouia 250
Grassne 273
Cregia 160
Crema 206
Cremburga 275
Cremona 206
Crempa 113
Croia 239
Cromuchum 317
Crotone 226
Crusphicia 256
Crym 301
Cuber 358
Cuccum 347
Cuerche 317
Cufa 312
Culmina 278
Cuma 217
Cumissa 355
Curcum 306
Cusa 320
Cuscum 367
Cutea 305
Czaraidon 244
Czernigovv 288
Czersko 260
Czechanovv ibid.

D.

Dabet 282
Dabul 327
Dacen 334
Damarcana 319
Dammouia 275
Dancala 357
Daman 321
Damascus 307
Damatia 351
Danager 327
Danchali 318
Dantiscum 137
Dara 349
Dardanelli 243
Dauentria 73
Dausen 349
Degun 329
Delli 330
Delphi 27
Demetriades 242
Derbent 317
Derot 351
Derpt 282
Diepa 24
Dinantum 69
Dindanacum 367
S. Dionysius 25
Diras 331
Disna 274
Diu 325
Diul ibid.
Dobrinia 259
Doccum 41
Docetum ibid.
Dodracum 27
Dola 24
S. Dominicus 364
Douay 51
Drepanum 232
Dreschlouia 277
Dresda 119
Dringofordia 276
Drissa 274
Drochinin 262
Drohobus 289
Drochobicz 265
Druha 274
Duacum 51
Dubbum 346
Dublinum 1
Dunemborg 282
Durazzum 239
Dvvina 294

E.

Eapsa 349
Ebron 310
Edenburgum 4
Efza 344
Egrigaria 340
Eichzkel 283
Eideuit 343
Eislebia 94
Elbinga 277
Elcinur 247
Elmichias 352
Emaus 310
Embdena 38
Emerita Augusta 6
Enecop 249
Ephesus ibid. 303
Ercoc 357
Erebipolis 140
Erfurdia ibid. 96
Ergmul 340
Eri 27 323
Eribea 364 239
Eslinga 51 161
Essechia 232 315
Esterdal 277 247
Eugobium castellum 119
198
Eulenburga 276 279
S. Euphemia 262 223

F.

Fabiana 177
Fabrianum 200
Facapur 330
Falachrima 198
Famaugusta 307
Fanum S. Audomari 78
Farsa 242
Fartacum 319
Fassum 317
Fauiana 177
Fegveur 285
Felin 383
Felsina 202
Ferenzola 229
Ferino 199
Ferraria 203
Fes 345
Fianoiama 346
Figena 303
Firand 338
Fischusia 275
Fiscum 340
Fizzan 350
Flauianum 177
Flensburgum 111
Flissinga 37
Florentia 187
Floridanorum ciuitates 360
Foggia 228
Foncialis 346
Forcelli 204
Francoberga 93
Francofordia ad Mœnum 145
Francofurtum ad Oderam 104
Fraenza 202
Friburgum 156
Fridberga in VVeddera-uia 177
Fridberga in Sueuia 159
Fridek 278
Fridlandia 275
Frislandia 302
Fuchien 332
Fulda 148

G.

Gadel 322
Galatia 340
Galeum 358
S. Gallus 160
Gambin 259
Gandauum 48
Garnesia 279
Gazara 309
Geandentz 278
Geneua 14
Gengium 334
Genni 353
Genoha ibid.
Genna 183
S. Georgius 354
Germanica Eulouia 279
Gerzopan 328
Gierazi 224
Glasquum 4
Gnalata 245
Gnerde 322
Gnesna 254
Gnidus 304
Gnosos 246
Goa 227
Goesa 38
Golba 278
Goldingen 283
Goletta 382
Gomorra 179
Gonza 342
Goritia 225
Gorzno 145
Gostinin 159
Gottorpia 278
Gouda 275
Grabovvyec 302
Gradisca 332
Granta 148
Granopolis
Graynum
Gricolm 322
Grigentum 340
Grison 358
Gripsvvaldia 160
Grodek 259
Grodno 48
Groninga 279
Grodzyec 309
Grubin 278
Guadalaiara 14
Guaiachil 334
Guamanga 353
Guangara ibid.
Guargata 183
Guattimala 354
Guatturi 279
Gubelchama 328
Gugeleburga 224
Gustadia 4
Guzzarat 245

H.

Habsel 246
Haderslebia 227
Hagum 38
Hafnia 278
Halavv 283
Halberstadium 382
Halicia 179
Halla 342
Hamburgum 225

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hammaria 247
Hanouia 148
Hange 250
Haracce 345
Harlemium 27
Harlinga 47
Haynpurgum 179
Hauana 363
Heidelberga 164
Heidenshemium 161
Heiligenbeil 279
S. Helenæ 359
Heliopolis 352
Helsberga 277
Helsingeburgum 126
Heraclea 220
Heraclea 226
Heraclea 232
Herbipolis 140
Herorum 318
Hiaspalis 174
Hiericon 310
Hierusalem ibid.
Hildeshemium 100
Hindelopia 48
Hircana minor 317
Hirsfeldia 149
Hispaam 322
Hispalis 6
Hocchelaga 359
Hohenstein 279
Holand ibid.
Horco 312
Horum 68
Hrodo 264
Hrubyeścovv 264
Huaden 349
Hubeda 347
Hugra 289
Husem 108

I.

S. Iacobus, in noua Castilia 366
S. Iacobus in Insula Cuba 364
Iadera 236
Iamma 294
Iangoma 332
Iauicum 305
Iarislavv 295
Iaurinum 179
Iazi 341
Iazza 306
Iconium ibid.
Iena 97
Iesdi 322
Illiberi 10
Iloftum 44
Imbum 318
Inciſa 188
Indion 323
Ingolſtadium 172
Inſula 50
S. Johannes 364
Iohansburga 276
Iſta 44
Iſtigias 323
Ivanovv Gorod 293
Iugburga 276
Iuliacum 74
Iuliopolis 305
Iuliobona 177
Iunia 23

K.

Kanieniec 270
Keidanovv 268
Kieſs 283
Kiouia 270
Kircholm 282
Kitzinga 144
Kneybach 274
Knyſſyn 262
Kokenhaus 282
Kolo 255
Konin ibid.
Korczin 252
Korec 270
Krosno 265
Kovvalovv 259
Krzemenec 270
Kzyaz 251

L.

Labia 276
Lacinii promontorium 225
Lagon 358
Lais 283
Laiza 225
Lampetia 222
Lampidosa 348
Lancicia 256
Landeshutfium 171
Landresium 81
Landskrona 294
Lara 321
Laranda 306
Larta 239
Lauda 206
Laum 335
Lauretum 199
Lauterbergum 119
Lautergurgia 278
Lazzach 320
Lebenicht 274
Lebmulia 279
Lechstett 275
Lechal 283
Legio 10

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lelouia 251
Lemanum 17
Lenvvard 282
Leo 364
Leocata 232
Leon 10
Leontium 231
Leopolis 262
Leopardia 40
Lepantum 240
Lepede 348
Leplo 273
Liburnus 185
Liccouia 276
Licha 150
Liciæ caſtrum Auſtrale 240
Liciæ caſtrum Septentrionale ibid.
Lida 268
Lignago 311
Lima 306
Limoge 16
Limouicum ibid.
Lincop 248
Lipno 278
Lipſia 118
Lisbona 4
Liſpor 328
Livva 261
Locri 224
Lode 282
Lodeſe 249
Lodurum 231
Lognon 340
Lohoiſco 268
Lomza 261
Londen 247
Londinum 2
Loſicze 262
Loſna 278
Louanium 60
Lubaczovv 263
Lubecca 101
Luben 278
Lublin 252
Luca 186
Lucani 221
Lucenburgia 277
Lucia ibid.
Lucovv 253
Luculliantrum 218
Luczko 269
Lugdunum 23
Lugor 330
Luhſtadia 279
Lunæ 185
Lundia 130
Luneburgum 102
Luptauenſis 274
Lutetia 25
Lutzemburgum 77
Lyon 23
Lyra 63
Lyubovvlya 264

M.

Macerata 200
Macini 331
Macran 322
Madrid 11
Madrin 314
Magdandum 335
Magdeburgum 299
Magneſia 305
Maida 348
Malacca 223
Malaga 330
Maleapar 329
Malmoe 134
Malmogia ibid.
Malta 349
Maluaſia 241
Mando 330
Manfredonia 218
Manomotapa 356
Mansfeldia 94
Manta 367
Mantua 205
Maracanda 338
Maras 306
Marchena 9
Marchpurgum 179
Marcopolis 140
Marinum 196
Maratona 242
Marazia 328
S. Maria del potire 226
Mariana 231
Marienburgum 279
Marienvverder 279
Maroccum 343
Marpurgum 92
Marſala 232
S. Marta 365
Martianum 222
Marum 323
Maſcon 18
Maſſa 343
Maſſeli 351
Maſſilia 13
Matarea 352
Matiſcona 18
Matran 180
S. Matthæus Cannauaralis 359
S. Maura 239
Mazacan 343
Mazombuca 356
Meacum 346
Meccioacan 362
Mecha 319

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Mechelburgum 100
Mechenes 344
Mechlinia 65
Medina 318
Mediolanum 202
Megara 231
Megapegar 335
Melilla 345
Meliſſus 304
Melita 349
Melphi 222
Melſatia 277
Memmingiacum 160
Memphis 351
Merent 318
Merinck 279
Meroe 357
Meſer 351
Meſitra 241
Meſſenichia ibid.
Meſſila 348
Meſſina 236
Meſtilan 361
Meris 140
Metrapontum 226
Metropolis Ripariolorum 174
Mexicum 361
Mien 331
Miletus 304
Mimigrode 75
Minda 100
Minsko 268
Mirandula 204
Miſena 317
Mittelburgum 36
Moffa 319
Moguntia 147
Mola 217
Moltan 330
Monachium 167
Monacum 183
Monaſterium 75
Monreate 236
Mons Babæ 142
Mons Falconis 198
Mons Regius 137
Montes 80
Monte Caſino 229
Monte vergine ibid.
Montone 198
Monza 206
Mordi 262
Mortara 236
Moſal 315
Moſchouia 285
Moſer 271
Mozaysko 290
Mſczibovv 269
Mſczislauia 271
Murgi 10
Mulet 324
Mumelburgia 275
Mumhuſia 277
Munia 352
Murſia 10
Mutina 203
Myedzyrboz 266
Myedzyrzeccze 254
Myelnik 262

N.

Nadrouia 275
Naim 309
[illegible] 255
Nanceium 91
Nanchin 332
Nantes 17
Nantum 332
Nara 337
Narbona 13
Narcvv 262
Narni 198
Natiuitatis portus 362
Nauarinum 241
Nazareth 310
Neapolis in Campania 218
Neapolis in Paleſtina. 309
Neapolis Romaniæ. 241
Necaus 348
Nerua 284
Neuburga 279
Neumarckt 278
Neupactum 240
Neutichia 278
Neyburgum 277
Nicabidi 243
Nicaſtrum 223
Nicea 304
Nicopolis olim Emaus. 310
Nicopolis in Bulgaria 238
Nicopolis, aliàs Munia. 352
Nicoſia 307
Nidroſia 248
Ngripons 247
Niloſcopium 352
Nirmedon 317
Niſa 326
Niſibin 314
Niſſa 140
Niza 183
Nocera 222
Nocera paganorum 221
Nocera Saracenorũ 219
S. Nocito 222
Nola 220

Nombre de Dios 364
Norbeitia 276
Norcop 148
Nordamberg 302
Nordenburga 276
Nordlinga 161
Norimberga 166
Norumberga 359
Noua Roma 244
Nouesium 83
Nouiodunum 26
Nouiomagus 71
Nouogrod 288
Nouogrodek 268
Nouogrodia 287
Nouogrodia magna 292
Nouum castellum 91
Novvogrod vvyelki 292
Noyon 26
Nur 261
Nursia 198

O.

Obdi 297
Occazonia 246
Ocerna 339
Oczakovv 301
Odia 301
Odoyovv 288
Odrugzko 268
Oenipons 180
Olevvsro 270
Olomontium 177
Olympia 241
Omiana 267
Onor 328
Operpal 284
Opoczno 252
Orbitellum in Hetruria 186
Oran 346
Oregund 250
Orsa 314
Orissan 330
Oristan 231
Orlo 286
Orlouia 256
Ormurz 321
Orsha 272
Ossacaia 346
Osuna 7
Orreleburgum 277
Osterrade 279
Ostia 191
Osterabort 302
Ostresovv 254
Osvviecim 251
Otrantum 227
Otricolo 199
Ottonium 137
Ottopan 362
Ouichen 302
Ouros 328
Ovvruczi 270
Oxonium 2

P.

Paciama 368
Pacla 222
Pagin 334
Pagida 330
Palacia 304
Pale 327
Palentia 205
Palermum 233
Paliban 334
Palma 215
Palumbara 199
Pampelona 13
Pan 330
Panama 365
Panconia 341
Papauia 278
Papia 206
Papinovvgrod 297
Papphus 306
Parcovv 253
Paris 25
Parma 204
Parsina 202
Parthenopolis 99
Passenhumia 277
Patan 330
Patauium 214
Pauon 355
Pauonis mons 143
Pax 367
Pazzen 334
Pegnon 345
Pegu 329
Pein 339
Pelusium 351
Pephnum 241
Pera 245
Pereaslavv 286
Pergamum 304
Pergem 320
Perita 241
Permia 286
Pernambucum 366
Persepolis 320
Perusium 188
Pesarum 200
Peschiera 205
Peste 221
Petouia 225
Petra 318
Petricouia 255
Phesulæ 187
Philippopolis 243
Placentia 205

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

Plauſalippus 218
Plumbinum 186
Piatek 256
Pictauia 17
Pilaſtrina 197
Pilæum 241
Pilzno 252
Pinega 294
Pinsko 269
Pipernum 196
Pirech 335
Piſa 185
Piſciotta 221
Pitacuſa 218
Pizzo 213
Ploczko 259
Plonsko ibid.
Policaſtro 225
Policaſtrum 221
Polimbothea 327
Polinia 263
Polizzi 236
Poloczko 273
Poloniec 252
Popaian 369
Popolonia 185
Portoferatum 186
Portus ibid.
Portus Antiquus 367
Poſnania 253
Potentia 221
Poriuolum 288
Præcop 301
Praga 175
Praſnis 261
Pratum 187
Prepotus 269
Preueſa 239
Preuſmarck 279
Primislia 264
Priſdena 238
Proſzeuice 251
Przevvorsk 265
Pskouia 291
Ptovvsko 260
Puſteiczioro 297
Puteoli 218
Puzzolo ibid.
Pyzdry 254

Q.

Quadrata 174
Quamas 358
Quarata 228
Quinſai 333
S. Quinrinum 26

R.

Rabbatum 344
Raczyaz 259
Radoskovvice 265
Radzanovv 259
Radzieciovv 256
Ragneta 276
Raguzia 236
Ramana 330
Raſtenburgum 277
Ratisbona 173
Ratno 264
Raua 259
Rauenna 202
Rauna 250
Reblata 308
Reden 278
Reginopolis 174
Regis ciuitas 366
Regium 204
Regium 224
Renes 17
Renis 26
Renum 276
S. Reparata 231
Reſſel 277
Reualia 284
Reutlinga 162
Rhætobonna 174
Rhenum 276
Rhezan 287
Rhodus 246
Richtevverter 276
Riga 280
Riganata 199
Ripin 260
Riuiera 350
Roan 18
Robatim 263
Rocca 225
Rocharis 315
Rodamia 252
Rogoſna 278
Roma 193
Romersualla 38
Ron 342
Roſan 260
Roſcien 251
Roſenbergia 279
Roſenburga ibid.
Roſptza 256
Roſetum 350
Roſtochium 106
Roſtovv 295
Roterodamum 30
Rothomagus 18
Rouigo 208
Rottvvila 160
Rſchovva 290
Ruremunda 72
Ruſſa 293

S.

Sabatia 183

Sabeni-

Sabenico 236
Sacca 232
Sadek 255
Safet 309
Saind 342
Salanum 236
Salauia 276
Salauia 279
Salernum 221
Salfeld 279
Salisburgum 167
Salmanca 11
Saliſcus 362
Salonichi 242
Salpe 228
Salzburgum 167
Samandria 225
Sambor 265
Sana 319
Sancel 282
Sandomiria 252
Sanguinai 359
Sanok 265
Sanſi 334
Saragoſſa 13
Saras 312
Sardinalis 308
Saſſarum 231
Satalia 306
Satalia antiqua ibid.
Satigan 327
Saua 321
Sauolas 328
Saura 320
Sauſa 368
Sauum 358
Scara 249
Scernum 327
Schaholdin 302
Schaiſara 338
Schamacha 317
Schamachia 300
Scharayczik 298
Scharpouia 277
Scheninus 248
Schippenbeila 275
Schorenberga 279
Schonſe 278
Schvveinfortum 144
Sciglio 224
Sckal 264
Scutari 239
Sebaſte 309
S. Sebaſtianus 12
Sedinum 156
Segeberga 112
Segevvolt 282
Seforum 309
Seidan 329
Sella 344
Seminara 224
Sen 358
Sena 188
Senderem 335
Senergian 325
Serauallum 212
Serchia 326
Serraium 238
Serta 325
Seruan 318
S. Seuerina 225
S. Seuerus 228
Sibaris 226
Sibinium 225
Sibota 239
Sicalancum 363
Sian 330
Sianganor 342
Sidon 307
Sidrocaſſa 243
Sienno 273
Siene 352
Sim 324
Sindecin 341
Sigo 324
Siguimatum 332
Singui 340
Sinope 305
Siradia 255
Siracuſa 232
Siras 320
Siſaria 157
Siſtan 324
Sitingui 342
Sittuna 249
Siuilia 364
Siuriaſſer 303
Sleſvvicum 107
Sloboda 286
Slonium 269
Slonk 260
Slotenum 43
Slupeza 255
Smilten 282
Smirna 303
Smolensko 289
Sneca 40
Sniatin 263
Snola 240
Sochaczouia 259
Soldina 307
Soleburg 283
Soltania 318
Somma 220
Songum 354
Sophia 238
Sor 307
Sorianum 224
Sorrentum 220
Spicimiria 256
Spiga 303
Spira 151
S. Spiritus 365

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Spoletum 198
Srensko 259
Stafilet 349
Stagyra 243
Stalla 180
Stambilo 244
Starigur 302
Stauria 46
S. Stephanus 360
S. Stephani monasterium 224
Stesburga 278
Stetinum 138
Stibes 242
Stockolm 249
Stonibrigadum 238
Stralsundia 138
Strasburga 280
Straua 317
Strengis 249
Strigonium 179
Striy 263
Strzyzovv 273
Stum 279
Stutgardia 162
Suachen 357
Succhiauia 246
Succuir 339
Sudercop 248
Sues 353
Suinigrod 266
Sulmo 229
Sumachia 318
Sumiscasach 315
Supana 335
Suras 261
Suras 272
Susa 183
Susa 320
Susatum 75
Susdali 286
Susza 273
Suuas 305
Svvisslocz 268
Syeprez 259
Sylua Ducis 62
Syrus 226

T.

Tabaria 309
Tabia 304
Tabris 328
Tachia 308
Tagala 329
Taigin 340
Talnabi 318
Tana 325
Tangauosta 343
Tangara 345
Tapia 276
Tarcin 260
Tarentum 227
Tarnest 284
Tarsus 306
Taruisium 215
Tascia 305
Tascum 362
Tauai 329
Tauerna 225
Tauor 318
Taurinum 182
Taurunum 238
Tebeth 341
Telge 246
Temici 346
Temir 335
Temistitan 361
Tenazarim 329
Tenducho 342
Terenato 335
Tergouista 245
Termine 236
Terracina 193
Teria noua 232
Tersak 291
Tesedet 343
Tetrapolis 174
Teusar 349
Tezza 346
Thebæ 242
Thermæ Helueticæ 160
Thessalonica 242
Tholosa 13
S. Thomas 302
Thyssovvice 264
Tiberia 173
Tiana 306
Tiflis 317
Tilsa 276
Timocaim 324
Tingues 363
Tiriolum 223
Tiuoli 197
Tlemisan 346
Tlescala 361
Toccatum 305
Tochaime 365
Tocoium ibid.
Todi 198
Toherraum 349
Tolczburg 284
Toletum 12
Toletum 38
Tolkiemit 277
Tolon 335
Tomobaba 368
Topatum 282
Torda 225
Tornacum 54
Toropyecz 291
Torre de Græco 220
Totontoa 363

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tournay 54
Traiectum 69
Trapanum 232
Trapezuntium 305
Treborgum 247
Trebovvla 266
Tremel 327
Trescortum 245
Treuiri 86
Tricola 242
Tridentum 181
Trinouantum 2
Tripolis 307
Tripolis in Tusini R. 348
Trogillum 363
Troia 303
Troky 267
Tropea 224
Tubinga 163
Tulla 287
Tunes 346
Tunetum 347
Tungrorum 68
Tungubutum 353
Tunia 365
Tunisi 347
Turium 226
Turovvla 273
Turunia 278
Tusculum 197
Tvver 291
Tyberias 309
Tyrochzin 261
Tyrus 307

V.

Vacipelan 362
Valdonia 275
Valencena 80
Valencia 12
Valentiniana 80
Valiadoletum 10
Vardaho 248
Varda 260
Varschouia ibid.
Vasporg 247
Vastan 248
Vattis 206
Velona 239
Venetia 208
Venezzuela 365
Venosa 222
Verona 211
Ventimiglia 183
Verder 283
Vermeditum 277
Vesontio 17
Vessum 248
Vglitz 286
Vgunt 341
Viburgum 250
Vielunia 255
Vienna 177
Vigeuano 208
Vilkomeria 267
Villa dives 366
Villacum 179
Villaricca 360
Vilna 266
Vincentia 211
Vinda 283
Vindomana 177
Vinebona ibid.
Vinnicza 266
Vintburgia 276
Vissegradum 175
Visapora 327
Viterbsk 271
Viterbum 191
S. Vitus 179
Vla 272
Vlissipona 4
Vllabat 326
Vlma 158
Vlna 330
Vncian 341
Vnguen 333
Voidamar 242
Volatera 188
Volochda 295
Volodimiria 286
Volsena 191
Voensdorff 276
Vorotin 288
Vpida 268
Vpsal 249
Vreniburgum 126
Vratislauia 138
Vrbinum 200
Vrbs 348
Vri 357
Vrzedovv 253
Vsacza 274
Vstiug 294
Vtica 347
VVartha 254
VVartenburga 277
VVasilkovv 262
VVegrovv 261
VVentslauia 278
VVesalia 73
VVesalia superior 87
VVesenburg 284
VVestphalia 74
VViezma 290
VVimpina 161
VVirceburgum 140
VVisbi 249
VVislica 252
VVissegrod 260
VVisseburgum 160

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

INDEX.

VVitemberga 98
VVitenſtein 288
VVizna 261
VViana 263
VVoidnicz 254
VVolkouisko 269
VVoloczk 290
VVolodomiria 270
VVormatia 153
VVoroniec 273
VVſchovv 254
VVyelikyeluki 291
Vxul 282

Y.

Ypra 50

Z.

Zazinthus 240
Zaiton 333
Zakroczim 260
Zambra 356
Zanfara 354
Zante 240
Zapoteca 360
Zapphus 307
Zara 236
Zator 251
Zauichoſt 252
Zbaraſz 270
Zeila 356
Zemeta 357
Zenzita 362
Zibitta 319
Zidacovv 267
Zircæa 37
Zithomir 270
Ziza 352
Zoa 356
Zolota Baba 297

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gr. H. No 398

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lacrimabilē quarē hoc tuā āiāe
obliuiscēris tribulationē nr̄am
adiicies in iras vētēr nr̄os
gedūc aduma nos & liberā nos
ꝑ Deus auribus nr̄is audi
mus ꝑres nr̄i annūciāuerūt nob

Deus qui nos ꝓpter Collā
quā ex nulla ira amo
re mouemur: ꝯcede ꝓpitius:
ut cūcta aduersa oīa nr̄a de
uote genu ꝓfessione mu
tamur: ꝑ ¶ Nota. Ista
sequēs p ebdomadā legit usq; Da
masa. Ab hostibus nos
tris: liberent fideles
intelligentes: ad finē ꝑlis sapi
entes. Dulcuerit eum si qs

ꝑtis sim. semel in
sum. ter manducaui
¶ Noctr ad die in ꝑ
ris huius ut nec in
culu[illegible]mum. pu
mū. pauus ex gen
us ex gentibus. P
aumate. pauus in
pulus in mari: p
fallis fratrib. Iu
crūpt: in vigilus
In fame et sit. in
mulus: in frigore
et. Preter illa que
sit ulsana: mea
solluendo oīa ex
Quis infir